

1803599

THESEUS
CHRISTIANI
HOMINI

Completens Libros ex:



De Contempnia dicitur con	4	Lib. I.
De Flagello Iei, siue	4	Lib. I.
De Profertio e s adu	4	Lib. I.
De Felicitate ele	5	Lib. I.
De Christo, et liq	5	Lib. II.

Omnia ferè e scripta in *Amstelini, Hipponensis*
conscripta,

IOANN M F... LVMNIUM,
 Pafte in *Amstercpienfi.*



Ex officina *Plantin*
 Architecti *Plantin*



1620
De la Bible
De la Bible
THE SAUVVS
CHRISTIANI
HOMINIS,

Complectens Libros sex:

De Contemptu diuitiarum, Lib. I.
De Flagello Dei, siue de Medicina anime, Lib. I.
De Prosperitate & aduerfitate huius ſæculi, Lib. I.
De Felicitate celeſtis Patriæ, Lib. I.
De Christo, eiusque Corpore, quod eſt Eccleſia, Lib. II.

Omnia ferè ex ſcriptis D. Aurelij Auguſtini, Hipponenſis
Epiſcopi, collecta & concatenata,

Per.


IOANNEM FREDERICVM LVMNIYM,
Paſtorem in Beghinagio Antuerpienſi.



ANTWERPÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXX. I. I.



6580878



SYMMA PRIVILEGII.

Regia Maieſtatis Privilegio cautum eſt, ne quis præter Chriſtophorum Plantinum intra annos quatuor Theſaurum Chriſtiani hominis, complectentem libros ſex, collectos & concatenatos ex ſcriptis D. Aurelij Auguſtini, Hipponenſis Epifcopi, per Ioannem Fridericum Lumnium, Paſtorem in Beghinagio Antuerpienſi, typis ullo modo excudat, aut alibi excuſum in hiſce diſtinctionibus diſtrahere audeat: vti latius patet ex literis Datis Brunſellæ ma Junij, Anno cdo. Id. LXXXVII.

Subſig.

I. de Wiſſe.

AD SERENISSIMUM

AC REVERENDISSIMUM

DOMINUM, D. ERNESTUM,

ſelectum & confirmatum Archiepiſ. Colonienſ. ſacri

Romanæ Imperij, per Italiam Archicancell. Princi-

pem electorem, Electum & confirmatum Leodiienſ.

poſtulatæ Monafterienſ. Hildſſemienſ. Freſingenſ.

& Scabulenſ. Adminiſtratorem: Comitem Palat.

Rheni: ſuperioris, inferioriſq; Bavarie, Weſtphal.

Angar. & Bullonenſ. Ducem: Marchionem Fran-

cinotænſ. Comitem Loſſenſ. Loingenſ. Hornenſ. &c.

IOANNIS FREDERICI LUMNII

Praefatio dedicatoriæ, in hunc Theſaurum Chriſtiani hominis.



Am tandem prodit non ſolum integrum, ſed & climatum, & auctum, Illuſtriſſime & Sereniſſime Princeps Elector, opuſculum hoc Theſauri Chriſtiani hominis; quod ex ſcriptis D. Aurelij Auguſtini, onſis Epifcopi, multo labore à me collectum, hinc plus minus ſexennio, cum agerem L. E. Cellitudini dedicatum, communis horum temporum calamitas, nõ niſi ex parte in manus hominum venire permifit. Nam cum annis ſis ſuperioribus per uniuerſum noſtrum Belgicũ, & que aded per aliquas quoque Illuſtriſſimæ V. tior prouincias, nihil foris audiretur, niſi perhorribilis, & tantuſque bellorum ſtrepitus; nihil intus ſentiretur, niſi grauiffimus inſtancium periculorũ metus: quis non (vt alia taceantur impedimenta) intempuſtũ iudicaſſet, ſi tunc perterritos, depreſſosque hunc ſenſus, ad hanc ſublimioris philoſophiæ meditacionem, qua hiſce

sex libris depingitur, prouocare & instigare voluit. Sem? Sed quia iam pax (qualiscumque illa sit) nostris sedibus, à quibus per annos aliquot exulare coacti fuimus, concessa est; & ciuitates propè omnes, quae hinc in Brabantia & in Flàdria rebellarunt, omnipotenti Deo, Regi q. Catholico iterum subiectae sunt: (vnde non parum multorum afflictorum hominum corda respirare coeperunt:) vltius nò mihi esse cunctandù existimaui; quin data hac opportunitate quietioris temporis, de noua, integraque huius Thesauri nostri Augustiniani euulgatione cogitarem. Quod vt celebrius à me expediretur, effecit, & promptus Plantini nostri, viri de re literaria oprime meriti, ad imprimendum animus: & meliorum dierum incertitudo: & expectatio quorundam piorum, qui, donec totum hunc Thesaurù simul haberent, etiam partem illius, quae impressa Leodij fuit, sibi comparare distulerunt.

Horù ergo piorù desiderio vt quam citissime sufficiensimèq. lausfacerem; nec teporinè labori, nec sumptui iudicavi mihi esse parcendum, quòd hæc editio, quæ per Christoph. Plantinum datur, & maturior esset, & ornatiore. Quam etiã hoc nomine beneuolentibus mentibus magis gratam, charamque futuram existimo, quòd duorù librorù accessione, qui præter intentionè aliquandò conceptam, & promissionem olim factam, huiusmodi sunt: auctiorem eam, & locupletiorè habebunt. Quare & plus fructus, & voluptatis, ipsis hinc protenturum confido. In istis libris, quos dixi, duobus libris, quibus est titulus, **IN CHRISTO, EIVSQVE** **CORPORE, QUAE AD ECCLESIA, variis rationibus instruitur, & admonentur fideles, hoc est, Christi membra, intelleguntur, quã multa magnaq;**

dona

dona ipsi à Deo simul concessa sunt, dū filium suum unicum, Christum Iesum Dominum nostrum, propter homines in terris hominem factum, Caput ipsis constituit. Quo dono maius nullum à Deo præstari potuisse hominibus, fatetur etiam hic noster D. Augustinus. Addam & illud, ex eiusdem argumenti tractatione manifestum fieri, quòd neque diuitiarù & carnalium voluptatù contemptus, ad quem Primus huius Thesauri liber lectorem hortatur; neq. opera penitentiae, quae in Secùdo libro cõmendantur; neq. Patientia, ad quaeris, & gratiarù actio in prosperis, de quibus Tertius loquitur; neque desiderium aeternae felicitatis, ad quòd Quartus incitat; neq. quicquam aliud, quantumcunq. magnum & excellens, vlli homini, qui nò intra Ecclesie Catholice sinù constitutus est, possit prodesse ad salutem: cū proculdubio non sit in eo qui foris est, charitas, quæ nosquã nisi in vnitatè Ecclesie, queat haberi, participari, & custodiri. Sed hac de re suo loco, latius disseruimus. Sicut ergo charitas scopus seu finis omniù virtutù est, in quem dirigi debet omnes nostrae actiones meritoriae, priusquam Deo placeant: sic inuolabilis Ecclesie vnitatis, in qua sola Dei proximiq. inuenitur charitas, semper ita spectanda & obseruanda est, vt quodcumq. rectè, ac iuste, sanctèq. à nobis factum esse velimus, id non nisi ad eius mètis declarationem & iustionem faciamus. Quare nemo mirabitur, quòd, qui de Christo, eiusq. Corpore inscripti sunt libri, vltimum hinc sortiantur locum, qui meritò propter suam dignitatem & eminentiam videntur debuisse habere primum. Qualiacumque enim opera, sunt, & laudabilia, & præstantia, & vtilia, & necessaria, quae in prioribus libris quatuor commendanda sunt, & optamus, omnique

*

3

modo

modo amplexanda esse, diuersis ibi argumentis demonstrauimus: inania erunt omnia, si nō cōformetur ad suam ideam, hoc est, si non ad Catholicā Ecclesiā, in qua sola norma omnis iustitiā, & fructus totius pietatis est, voluntatē & intentionē referatur. Hęc de ratione ordinis & distinctionis huius operis, dicta sufficiant. Nunc etiam de priuata mea intentione, quam mihi præscripsi, dum has sententias cōnectere, & in libros redigere inciperem, dicendum est aliquid, quo studiosis maximē pietatis, opus ipsū accipiū sit. Nā de ingratis nasutulis quid dicendū? quid expectandum? Qui, cum ne à longe quidem D. Augustinum in eius scriptis salutaerint, nescio quam styli humilitatem, longarumque periodorum obscuritatem in eis coarguat. Et propterea putauerunt quidam, etiam mihi familiarissimi (sed meo iudicio multum errauerunt) quod lōgē maiore fructu, & legentium volupate hi libri prodire potuissent, si seruatō vbiq; præclarissimi Doctoris huius sensu, eius verba meis verbis aut commutasset, aut lucidiora fecissem. Sed, quāso, quidnam hoc esset? Fecundusne ager commutandus videbitur pro terra sterili? Et scintilla stellula vnus, splendorem solis illustrabit? Qui in lectione D. Augustini diutius versati sunt, aliter iudicant. Proinde, istis in suo condonando errore dimissis, prosequar quod incepi de intentione mea dicere, ad instructionem & consolationem piorum. Neque enim mihi ipsi tantummodo isto labore meo prodesse studii, sed multis, sed omnibus, qui, quæ terrena sunt, cōtemnere; & quæ sunt caelestia, amare incipiunt; quique peccata omnia, & maxima & minima, quibus Deus semper offēditur, non solum euertit, sed & radicibus e mente euellere;

eaque odisse; & ad plenam vitæ sanctimoniam, sine qua (teste Apostolo) nemō Deum videbit, peruenire contēdunt. Quapropter, si quos ista studij mei qualicumque diligentia seu diseiplina, ad melioris atque sincerioris vitæ institutiū prouocatos, in hac palæstra Christianæ pietatis profecisse, verāque virtutis apicem attingisse, aliquando comperero: dicere non possem, quātm iūm iis omnibus ob hanc gratiam congratulaturus; quā in bonis operibus, quæ foris exhibentur, diuite facti, etiam qui in ipsis absconditis est, cordis hominem, in incorruptione quieti & modesti spiritus, in cōspectu Dei, & locupletem, & fortem, & feruentem, & rerum caelestium, Catholicā q̄vnitatis amatorem ostendunt. Quid enim spiritualibus istis diuitiis, quæ internū hominem ditant, præclarior aut magnificētior? Quid hoc triumpho, qui de castis vitiorum superatis agitur, iucundius, quid mentium tranquillitate, & gratiarum actione, tam in aduersis, quā in prosperis, suauis, quid denique ipsa immortalitate, & felicitate æterna, à Christo Christi membris, in Ecclesia Christo adherentibus, promissa, desiderabilius est? Ad quæ certē tam magna, tamque eximia bona commendanda, simul & persuadenda, & inculcanda hominū cordibus; quantum in hoc Opusculo à me laboratum & sudatū sit, tuę Serenissimę prudentiæ facile erit videre, Amplissime Princeps, si ista vel semel legendo, vel legenti ad mēsam, aures attentas præbendo, quid velint, & quorsum tendant, apud se cōsiderare, & penitius intueri dignata fuerit. Quæ nō dico, quasi mihi inanem laudem aucupari velim, pro eo quem feci labore; aut expectare cogit, vllā humanam gratiā pro mea mercede. Absit enim ista denētia non solū

à meo, sed etiam ab omnibus Christianorum, dum boni quid facimus, corde: ut pro remuneratione, quam Deus promissit in posterum se daturum, optemus in hoc saeculo nobis repedi aut stipem unam, aut stipulam: quales sunt res terrenae omnes, caelestibus comparatae. Aliud igitur est, quod me mouit, ut ista dixerim. Video (quod videre me doleo) quam plurimos, & sacros & prophanos homines, ita curis saecularibus immersos, transigere praesentem hanc vitam, & non dolent de futura cogitare. Peccant etiam, & non dolent cadunt, & surgere non satagunt: bellum Deo quotidie suis pessimis moribus indicunt: de pace cum eo faciendam somniant quidem. Et unde in ipsis, quae sunt, malum hoc? Puto non aliunde, quam ex crassa quadam, & affectata earum rerum ignorantia, quae ad aedificationem proximi, ad serenitatem mentis, ad conscientiae puritatem, & ad vitam, statumque sui sanctitatem conducunt. Contra huius itaque detestandae ignorantiae malum, cum longe lateque in orbe Christiano pervagetur, & in mille damnationis pericula animas fidelium praecipitet: omni ratione & diligentia, donec euincatur, aduigilandum & obstandum esse censeo: ne tyrannidis illius dominium eorumque progrediatur, ut & piorum & electorum mentes praecupare & excicare incipiat. Pro his enim a tali malo seruandis, & in suo officio retinendis, quos Christi sancta membra esse speramus; nequando eos aut sui obliuio, aut vocationis suae inconsideratio, a compage corporis Christi diuellat; maiori studio & alacritate opus est. Quare & ego, quicquid in me curae fuit, quicquid consilij, & prudentiae, & studij ex Dei gratia in me esse potuit, in hoc vno labore collocandum existimaui, quo cunctis Christi & membrorum militibus arma spiritualia, quibus

pestis, scilicet mortiferum caput amputare, suamque aeternam salutem defendere queant; ex aureo illo D. Aurelij Augustini armamentario desumpta, & huc simul congecta, ad manum administrarentur. De his armis locutus est & B. Apostolus, quando Corinthiis in hunc modum scripsit: In carne enim ambulatis, non secundum carnem militamus. Nam arma militum nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo. Et iterum ad Ephesios: Induite vos armorum Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Et aliquanto post: Stare ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induiti lorica iustitiae, & calceati pedes in praeparationem euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere; & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Quid ais, Apostole sancte? praedicator veritatis & doctor gentium, quid facis? Terres nos haec dicendo, an consolaris? Terreo, inquit, simul & consolor. Et reuera ita est. In hoc siquidem terret nos, quia pugnam, & hostem, & aciem ostendit: in eo autem consolatur, quod arma admodum valida, a Deo ipso praeparata, nobis suppeditat, quibus non solum nos defendere, sed & hostem prostrernere possumus. Ideo primum loricae, scuti, & galeae meminit, quae munimenta nostri corporis, & defensionis propriae arma & instrumenta sunt. Post haec, gladium spiritus in medium adduxit, quem vocat verbum Dei, quo aduersarium inuadimus, & superamus. Per illum namque (ait Chrysostomus) scinduntur omnia, per illum omnia amputantur; et in caput draconis per illum abscindimus. De hoc gladio loquitur & alibi idem Apostolus. Viuus est dominus, inquit, sermo Dei, & efficax, & penetrabilior: impletum accipiti; & per-

tingēs vsque ad diuisionem animæ ac spiritus; compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intētionum cordis. Et Christus in Euangelio, Non veni, inquit, pacem mittere, sed gladium. Hoc gladio accinctus erat Psalmista ille; ille, inquit, Psalmista; voce dulcis, manu fortis, mente illuminatus, virtute præclarus, Dauid, qui etiam inter vitæ pericula secutus, & inter tristis bellorū curas lætus, canebat Deo: Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruis tuis dilexit illud. O virum prudētem! ô felicem regem! ô magnificū triumphatorem! Omni abundantia diuitiarum, victoriosi nominis gloria, dono propheticæ reuelationis, imperij & regni amplitudine super omnes eminebat: & nihil eorum sic mirari voluit, nihil sic diligere curauit, vt ignitum eloquiū Dei Verē vt beatus, cuius voluntas in lege fuit Dei, in qua meditabatur die ac nocte; vt illuminari mereretur. Hinc enim iterum Deo dicit; Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu dat paruulis. Sed quibus paruulis? Illis vtiq; de quibus à Domino ad Apostolos, & ad Apostolicos viros, in Euangelio dictum est: Amen dico vobis, nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli; non intrabitis in regnum calorū. Ergo sermo Dei illuminat mentem, si fuerit tenebrososa: si tepida vel frigida, accendit, & in diuinum trahit amorem. Quo amore censēti erant illi, qui sermone Domini nostri Iesu Christi audito, dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret Scripturas? Vnde enim accendere potuisset cor illorū, si non ibi ignis fuisset? Quæritur etiam verbum Dei ignis sit, quo credentes in charitatem Dei inflāmantur, declarat & ipse Dominus Iesus Christus, inquit, veni mittere in

in terram: & quid volo, nisi vt accendatur? Verūm, quid hoc sibi vult, cū ipsa Dei æterna sapientia, Christus Iesus Dominus noster, qui hunc ignem in terram misit, manifestē expresserit hic suam ipsius personam: quod personas eorum, per quos accendi debeas, tacuerit? Quod enim non per se solum, qui mittebat; sed & per alios, per quos & ad quos mittebat, deberet accendi; hoc ipsa ratio verborum eius videretur ostendere, quæ locutus est per modum de se quasi dubitantis quid vellet; & propterea etiam alienam operā exigentis. Nisi ergo hoc subindicare voluisset, simplicius dixisse poterat, Ignem veni mittere in terram, & ego nunc accendo, vel accendam illum. Sed cū dixerit: Et quid volo, nisi vt accēdatur? proculdubio & ad alios huius actionis expeditionem pertinere manifestauit. Et tamen, quoniam hi essent, nō voluit exprimere, sed potius subicere maluit; quod prudētissimi sanè cōsilio ita fecisse credendus est, vt qui sola sua electione, & sine vlla ministrorū suorum discretionē, ad hanc diuinā functionem, indifferēter, quoscunque voluit, præordinauit; etiam ad hoc obsequiū illi præstandū, nemo eorum, qui ad id præordinati & vocati sunt, quocumque loco constiterit, aut tempore vixerit, se non esse obligatū, ex officio suæ vocationis agnosceret. Ergo non de solis Apostolis, quibus Dominus tūc loquebatur, hoc intelligi debere credendum est; sed in genere de cunctis verbi Dei præconibus, ceterisque cooperato-ribus Christi, quos hac interrogationis formula, Et quid volo, nisi vt accēdatur? vult imēter urget & extimulat, ne in igne hoc accendat; tardī ipsi, & tepidi, & desides sint; sed alacres in dū, & feruētes spiritu, & zelo pleni; præsertim quæ ipsū, & de hoc eius vo-
luntas

luntas in hac re compleatur, omnis moræ & dilatio-
nis quasi impatientem esse velle cōsiderant. Nam hoc
significatur his verbis: Et quid volo, nisi vt accenda-
tur? Non enim tantummodo vult, & imperat, & ex-
pectat, vt accendatur hic ignis: sed etiã vt citò id fiat,
& semper fiat, tēpore & loco cōgruo; & ab omnibus
quibus cura ista commissa videri potest. Si ergo ratio
illius tēporis, in quod prior Christi aduentus incidit,
à Christi Apostolis & Discipulis postulauit; vt per ip-
sos iste ignis, ad illuminandum & calefaciendum
hominum corda, accenderetur; quo & peccatorum
suorum tenebras, mundata per fidem mente, clarius
intuerentur; & ad cuncta charitatis, cæterarumque
virtutum opera exercēda, alacrius excitarentur: certè
multo magis nunc id ipsum à nobis postulari cre-
dendum est, qui indubitatis multis iudiciis tempus
posterioris Christi aduētus propinquum cernimus;
quando vix fidem in terra ipse se inuenturum, apud
D. Lucam insinuauit; & in quo futurum, apud Mat-
thæum prophetando, dixit; Et quoniam abundabit
iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quare nos
Dei dispensatores, nequaquã nostro officio, ad quod,
vt pro Christo legatione fungamur, assumpti su-
mus in Ecclesia; coram Deo satisfecisse videbimur;
(præsertim cùm quotidie ista in Scripturis sanctis
legamus, & verissima esse non dubitemus) nisi omni
modo, & instanter, & indefinēter, & nostras ipsorum,
& aliorum fidelium mentes, ad excellentem & vehe-
mentem amorem pietatis, & ad illam desiderabilem
cælestis beatitudinis expectationem incitare & præ-
parare studemus. Est quidem labor illorum, qui de
dogmatibus ecclesiasticis scribunt; qui que fidem
nostrã doctrinam suis lucubrationibus & austruunt
ad

ad confirmandos Catholicos; & defendunt ad resu-
tandos hæreticos; non solum nunc perquam oppor-
tunus & vtilis: verumetiam necessarius. Sed quòd
maioris ponderis res sit, mente id cogitare, & opere
perficere, quo charitatis Christianæ in Christianorũ
cordibus accensus semel ardor magis ac magis inca-
lescat & augeatur: nullus etiã est (vt opinor) si rectè
sapit, qui nesciat. Immo hoc solũ si defuerit, quis non
formidet, cætera que facit, nihil posse prodesse: dicēte
Apostolo, Charitatem autẽ non habuerò, nihil mihi
prodest? Cera, seuũ, oleum, res eius generis sunt, quæ
vel ad candelas cōficiendas, vel ad lampades præpa-
randas, per humanam industriam ad vsus humanos
accommodari possunt: sed si in illis, quod intus re-
conditũ est, vel ex vna parte non sit accensum elych-
nium, quis inde videat? Vfus etiã lignorũ talis est,
vt ipsa multo labore discissa, & è syluis intra septa
domorum inuecta, foco intruendo & fouendo de-
seruiant: verũ si lignis ignem non subiiciamus, vel
saltem ad incendiũdũ ea, aliud quippiam, quod in-
censum est igne, non adhibeamus; quid commodi
inde percipiemus, vel ad corpus nostrum calefaciẽdũ,
vel ad cibum coquẽdũ? Sic nec illa videntur
multum posse prodesse, in quibus pro nostra religio-
ne & fide tuenda, tanto sudore laboramus & certa-
mus: si non corda bene credentium, etiam ad Deum
laudandũ & amandũ, ipsique soli inhærendũ,
& nostris verbis incendiãtur, & factis confirmantur.
Quod cùm maximè ad omnium illorum; qui Chri-
stiani populi gubernacula susceperunt, curam perti-
nere videatur: imprimis tamen ad Episcoporum, &
qui ipsis subiecti sunt, pastorum officium spectare
cognoscitur, quibus & vniuersis inculpati officare oues
domi-

Inlata in hac re compleatur, omnis moræ & dilatio-
nis quasi impatientem esse velle cōsiderant. Nam hoc
significatur his verbis: Et quid volo, nisi vt accenda-
tur? Non enim tantummodo vult, & imperat, & ex-
pectat, vt accendatur hic ignis: sed etiã vt citò id fiat,
& semper fiat, tēpore & loco cōgruo; & ab omnibus
quibus cura ista commissa videri potest. Si ergo ratio
illius tēporis, in quod prior Christi aduentus incidit,
à Christi Apostolis & Discipulis postulauit, vt per ip-
sos iste ignis, ad illuminandum & calefaciendum
hominum corda, accenderetur; quo & peccatorum
suorum tenebras, mundata per fidem mente, clarius
intuerentur; & ad cuncta charitatis, cæterarumque
virtutum opera exercēda, alacrius excitarentur: certè
multo magis nunc id ipsum à nobis postulari cre-
dendum est, qui indubitatè multis iudiciis tempus
posterioris Christi aduētus propinquum ceruimus;
quando vix fidem in terra ipse se inuenturum, apud
D. Lucam insinuauit; & in quo futurum, apud Mar-
thæum prophetando, dixit; Et quoniam abundabit
iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quare nos
Dei dispensatores, nequaquã nostro officio, ad quod,
vt pro Christo legatione fungamur, assumpti su-
mus in Ecclesia, coram Deo satisfecisse videbitur;
præsertim cum quotidie ista in Scripturis sanctis
legamus, & verissima esse non dubitemus) nisi omni
modo, & instantè, & indefinētè, & nostras ipsorum,
& aliorum fidelium mentes, ad excellentem & vehe-
mentem amorem pietatis, & ad illam desiderabilem
cælestis beatitudinis expectationem incitare & præ-
parare studemus. Est quidem labor illorum, qui de
dogmatibus ecclesiasticis scribunt; qui que fidem
nostrã docentur suis lucubrationibus & astruunt
ad

ad confirmandos Catholicos; & defendunt ad resu-
tandos hæreticos; non solum nunc perquam oppor-
tunus & vtilis: verum etiam necessarius. Sed quòd
maioris ponderis res sit, mente id cogitare, & opere
perficere, quo charitatis Christianæ in Christianorū
cordibus accensus semel ardor magis ac magis inca-
lescat & augeatur: nullus etiã est (vt opinor) si rectè
sapit, qui nesciat. Immo hoc solum si defuerit, quis non
formidet, cætera que facit, nihil posse prodesse: dicite
apostolo, Charitatem autè non habuero, nihil mihi
prodest? Cera, seu oleum, res eius generis sunt, quæ
vel ad candelas cōficiendas, vel ad lampades præpa-
randas, per humanam industriam ad vsus humanos
accommodari possunt: sed si in illis, quòd inus re-
conditū est, vel ex vna parte non sit accensum elych-
nium, quis inde videat? Vfus etiã lignorū talis est,
vt ipsa multo labore discissa, & è syluis intra septa
domorum inuecta, foco intruendo & fouendo de-
feruiant: verum si lignis ignem non subiiciamus, vel
saltem ad incendiendum ea, aliud quippiam, quod in-
censum est igne, non adhibeamus; quid commodi
inde percipiemus, vel ad corpus nostrum calefacien-
dum, vel ad cibum coquendū? Sic nec illa videntur
multum posse prodesse, in quibus pro nostra religio-
ne & fide tuenda, tanto sudore laboramus & certa-
mus: si non corda bene credentium, etiam ad Deum
laudandum & amandum, ipsique soli inhærendum,
& nostris verbis incendātur, & factis cōfirmentur.
Quod cum maximè ad omnium illorum, qui Chri-
stiani populi gubernacula susceperunt, curam perti-
nere videatur: imprimis tamen ad Episcoporum, &
qui ipsis subiecti sunt, pastorum officium spectare
cognoscitur, quibus & vni cuique paratè officare oues
domi-

dominicas, & sana doctrina pascere præceptum est. Quapropter ne quid hac in re & meæ sollicitudini & muneri desit, in quo inter pastores minimos, me minimum & indignum constituit gratia Dei: hunc qualemcumque laborem meum, quem in hoc Opusculo contextendo insumpsi, non illibenter simplicibus, veri & æterni pastoris oribus, & deuotis Ecclesiæ filiis, Christi quæ membris communico. Tuam verò obnixius rogo, amplissime & ornatisime Archipræsul, sublimitatem; ut, quo affectu ad communem, & plebis Christianæ, & eorū, qui huic præsent, utilitatem, iste Thesaurus illi à me offertur, & dedicatur deus: eo & hunc amplecti, & tuo patrocínio tueri, aliisque, ut perscrutari non grauentur, sua eximia auctoritate commendare dignetur. Dominus noster Iesus Christus cunctos tuos inimicos, vel terrore pœnæ ad obediendum compulso, vel dolore pœnitentiæ ad bene viuendum conuersos, Serenissimæ tuæ Celsitudini vsquequaque subiectos teneat: teque sic, ut Catholicum Principem, ac Catholicæ religionis acerrimum tutorem decet, vbique victorem; Ecclesiæ suæ per multa tempora seruet incolumem. Antuerpiæ ex nostro Beghinagio, tertio Ianuarij; anno Dominicæ natiuitatis millesimo, quingentesimo, octogesimo septimo.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM LIBRI,
DE CONTEMPTV DIVITIARVM.

CAP. I.

- S**pes Christiani homini, non in rebus terrenis; sed in Deo ponenda est.
2. Diuites quomodo pauperes fiant.
3. In ipsi diuitibus non facultas, sed cupiditas reprehenditur.
4. Et diuites & pauperes debent esse humiles.
5. Diuitibus in primis vitanda est superbia: & que ditiores sunt eo sollicitiores in timore esse debent.
6. Quid sequatur mali ex ipsis diuitis, ob quas homo hominem, sicut pisci piscem deuorat.
7. Cum hoc seculum sit velut mare, videat vnusquisque ne hic submergatur, vel fluctet: per inuisionem & rapinam.
8. Mundi negotia, ex quibus constantur diuitie, flumina Babilonis sunt: currunt & transeunt.
9. De rerum abundantia non est gaudendum; sed de Deo, qui nostrum bonum & gaudium est.
10. Non potest innocens esse, qui vel emendo vel vendendo fraudulenter, lucra sibi conquirat.
11. Grauis damnus est fidei & iustitie, quam vestis vel pecunie.
12. Quibus modis excusent se iniusti negotiatores de avaritia.
13. Quomodo de sua iniustitia se excusent generatores, & alij simili farine homines, ne auari videantur: cum iniustitiam amantibus, & timentibus Deum nihil desit.
14. Christi sententia explicatur: Cauete ab omni avaritia: & exemplum diuitis stulti adiungitur.
15. Exemplum diuitis purpurati proponitur, qui non, quia aliena rapuit, sed quia sua sibi seruauit, damnatus est.
16. Auari male intelligunt scripturam: Nemo quod suum est querat, sed quod alterius.
17. Aliena non sunt rapienda: quod illustri exemplo declaratur.
18. Bonus bene vitatur auro, malus male.
19. Quædam bona solum in bonis sunt, quædam boni & mali communi.
20. Duplex est bonum: alterum facit hominem bonum: de altero homo facit bonum dum illud leuat in celum.
21. Aliud iubet avaritia, aliud pigritia, aliud Christus.
22. Item aliud iubet avaritia, aliud luxuria, aliud Dei iniustitia.
23. Auari redarguntur de inanis studio diuitias conquirendi.
24. Exemplum diuitum de Euangelio proponitur: & refertur excusatio auarorum, quam causa filiorum pretendunt.
25. Quomodo diues & pauper portare debeant onus alter alterius: & inter diuitis alicuius heredes Christus etiam vnus est computandus.
26. Epilogus adhortationum prædictarum.
27. Post mortem nihil profunt diuites.

DE CONTEMPTU DIVITIARVM, LIBER VNVS:

Ex scriptis D. Aurelij Augustini, Hipponensis
Episcopi, contextus.

CAPVT I.

*Christiani hominis spes, non in rebus terrenis, sed
in Deo ponenda est.*



PLAVISIBILIS admodum & perincunda illa
vox Prophetæ est, quæ dicitur. *Beatus vir, cuius est
nomen Domini spes eius; & non respexit in vani-
tates & insanas falsas. Credis Christiano huic
voci? Si credis, sit Dominus Deus tuus spes
tua: non aliquid aliud à Domino Deo tuo speres; sed ipse Do-
minus tuus, spes tua sit. Namque multi de Deo sperant pecu-
niam, multi de Deo sperant honores caducos & perituros; mul-
ti amplissimas diuitias de Deo sperant; alius quodlibet à Deo,
præter ipsum Deum. Sed tu, qui melius sapiis, quicquid sanctorum
vivere intendis, ipsum Deum tuum pete. Inimò vero contem-
ptis omnibus rebus aliis, perge ad illum; obliuiscens alia, me-
mento illius; relinquens retro alia, extendere in illum. Ipse
certè te avertim correxit; ipse te correctam ad se adduxit. Quo-
te aliquando duxit & perduxit terrena avaritia? Fundos fortè
quærebas, terram totam possidere cupiebas, vicinos excludè-
bas; illis exclusis, aliis vicinis inhiabas: & tãdiu tenebas avari-
tiam, donec ad maris littora peruenires. Perueniens ad littora,
insulas concupiscebas: possessa terra forte ipsum calu, aut eæli
sidera prædere volebas: Relinque omnes hos amores, & inque
has omnes cupiditates: pulchrior & ditior est ille, qui fecit calu
& terram. In eum ergo solum qui talis ac tantus est, transfer
vniuersum amorem tuum; in cuius pulchritudinè & opulentiæ
gratia, quantumcumque eam concupiscas, non vanè eluctaberis:
sed ex ea in firmam spem eructas, & quodammodo securus de sa-
lute tua factus, etiam ipse hanc vocem Psalmistæ, tanquam de te
loquens:*

D. August. in
Psalm. 10. ante
medium.

- hie diuitibus, qui malè vixerit, & in suis deliciis obdormierunt.
28. Diuites cum moriuntur, nihil eorum que hic possident, secum tollunt: & insuper laborabunt in æternum.
29. Grauiter peccat, qui quasi iuste ab aliquo heredes institui concupiscunt: similiter quis ex avaritia aut paucos heredes, aut nullos habere volunt.
30. Exaggeratio malorù, que suggerit auarorum cupiditas, Apostolico consilio refrenanda.
31. Quomodo Deo seruerandum sit: & quàm tutò seruetur, quod Deo committitur.
32. Vbi thesaurizandum sit, secundum Domini consilium.
33. Exiguù hic expensum, auctum recipietur in celo.
34. Quod in celo non reconditur, facile perditur, etiam illorum testimonio, quos serò pœnituit, quod sua ibi non reposerint.
35. Dives quomodo & quare debeat sua superflua communicare pauperibus.
36. Dives attendat quòd suum superfluum non suu sit, sed alienum.
37. Eleemosyna cui sit eroganda, per quam emitur regnù celorum.
38. Eleemosyna eroganti prodest magis quam accipienti.
39. Quid sit peccatori dare, tanquàm peccatori: & iusto tanquam iusto.
40. Quomodo mendico petenti, & iusto non exigenti, eleemosyna sit eroganda.
41. Bona voluntas idem prestat, quod magna facultas.
42. Bona voluntas charitas est, sine qua diuites pauperes: in qua pauperes diuites sunt.
43. Episcopus siue recapitulatio eorù, que tractata sunt in Capitibus precedentibus.
44. Diuites agnoscant se pauperum esse fratres: quia vnum diuitem patrem habent in celo.
45. Diuitiarum inexplebilis cupiditas non extinguitur habendo, sed magis accenditur.
46. Collatio inter externas & internas diuitias: & magna earum differentia.
47. Conclusio huius libelli, qua ostenditur angelorù diuitias alias esse quàm hominù: quos ob magnam indigentiam multa querunt.

DE

Diuites quomodo pauperes fiant.



3. d. Aug. To.
3. in Psal. 18.
in init.

loquentis, audire mereberis, Beatus vir, cuius est nomen Domini. Ipse eius, & non respexit in vanitates, & infanias fallas. Verè in hac Domini gratia multi se eius benignitate & misericordie constitutos agnoscunt, qui iam vilem habentes mundum, & contemnentis diuitias mundi, & omnia quæ delectant in mundo, eligunt rectè viuere; dum hic viuunt in diuitiis, & gaudiis quibusdam spiritualibus. Et hæc vnde sunt adhuc ambulantiibus & laborantiibus super terram, nisi ex diuinis eloquiis, ex verbo Dei, ex parabola aliqua scripturarum per sanctos Patres & Doctores Catholicos scrutata & inuestigata, ex dulcedine inuentiois, quam præcessit labor inquisitionis? Sunt quædam diuitiæ & deliciae sanctæ & bonæ in libris. Neque enim sunt in auro & argento, in epulis atque luxuria, in reuentionibus & piscationibus, in ludo & ioco, in theatricis negotiis, in affectandis & apprehendendis ruinosis honoribus. Neque enim vera sunt gaudia in his omnibus, & in libris nulla sunt. Imò verò in scripturis sanctis legends, vnde præ rectè viuendis leges, & exempla promittuntur: & in Doctorem libris volumendis, qui ad intelligendum scripturas hominibus à Deo dati sunt, sola vera sunt gaudia: sicut in diuitiis colligendis vana sunt studia. Hæc studia vana Christiano homini vitanda: gaudia verò vana ab eo speranda & amplexanda sunt: ne compleatur in illo quod in psalmo per Prophetam scriptum est: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Tales enim rerum terrenarum insectatores, qui Deo odibiles sunt, amando hoc sæculum, & superuacuis studiis, diuitiarum quarumlibet vana solatia querendo, & spem suam ibi figendo, corrumpuntur affectionibus suis: & ideo à Deo non amantur. Vnde & idem sanctus canit Deus: Odisti obseruantes vanitates superuacue. & addidit: Ego autem in Domino speravi. Speras in pecunia, obseruas vanitatem: speras in honore, & sublimitate aliqua potestatis humanæ, obseruas vanitatem: speras in aliquo amico potente, obseruas vanitatem. In his omnibus cum speras, aut tu exiras, & ea hic dimittis: aut cum viuas, omnia pereunt, & in spe tua deficis. Hanc vanitatem commemorat Esaias, dicens: Omnis caro scænum, & omnis gloria eius quasi flos scæni. Aruit scænum, & flos eius decidit: verbum autem Domini manet in æternum. Ergo in Domino, & in Domini verbo solum sperandum & exultandum est, non in homine, non in carne, non in diuitiarum fallacia & vanitate.

Psal. 13.

3. In Psal. 30.
con. 2. in fine.

Esai. 40.

Quæ cum ita sint, nescire aut dubitare nõ debemus, quid culpe scriptura in eo loco, ubi per Psalmistam loquitur de homine quoad diuites. Nõ enim dixit: Ecce homo, qui fuit diues: sed, Ecce homo, qui non potuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Quid ergo hoc dicens: nõ notauit? quid culpauit? Non quia habuit diuitias: sed quia in ipsis sperauit, & in Deo non sperauit. Res enim bonæ diuitiæ sunt: sed spes fixa in diuitiis, mala est. Hanc etiam si pauper sit, qui habere desiderat, non est bonus: illas quia diues habet, non est malus. Verique autem optimi erit: si spes bona de Deo primum: seruet. Hoc igitur attende, quisquis ista audis, ne passim diuites reprehendas: & rursus, ne de paupertate & egestate præsumas. Si enim diuiti non est præsumendum de diuitiis, quanto magis non est præsumendum pauperi de paupertate, sed de Deo viuo? Scriptum est enim in psalms de illo: Propter misericordiam inopum, & gemitu n pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Qui sunt pauperes? Qui sunt inopes? Qui ipse non habent, nisi in illo solo, in quo solo spes non fallitur. Attende qui sunt pauperes & inopes. Non omnino pauperes, qui nihil habent, videntur dici à scriptura, quando laudantur pauperes: inuenis enim pauperem hominẽ, qui, quando patitur aliquam iniuriam, non attendit nisi patronum suum, in cuius fortè domo manet, cuius inquilinus est, cuius colonus est, cuius cliens est: & ideo se indignè pati asserit, quia ad illum pertinet. Cor ipsius in homine, spes ipsius in homine, cinis in cinere. Sunt autem & alij, qui opulenti sunt, & honoribus, secundum tempus, humanis fulciuntur: & tamen nec in pecunia sua spem ponunt, nec in claritate transitoria dignitatis: sed totam spem in illo ponunt cui non succeditur, qui mori non potest, qui falli & fallere non potest. Tales etsi multa videntur habere secundum sæculum; quia tamen ea bene gubernant ad refectionem indigentium, inter pauperes Domini numerantur. Vident enim periculosè se viuere in hac vita: sentiunt se esse peregrinos: sic diuersantur in opulentia diuitiarum suarum, quomodo viator in stabulo, (id est, diuersorio) transiturus, non possiturus. Et quò demum transit pauper viator iste? In illam quierentiam, quæ nõ est de hac vita, nec de hac terra; & sit Dominus, & sit scilicet principium.

1. In Psal. 57.
in fine.

2. August. in
Psal. 57.
ante finem.

3. August. in
Psal. 91.
in princ.
Psal. 122.

4. August. in
Psalm. 83.
n. 6
procul.
2.
princip.
Psal. 25.

est, refugium pauperi. Quid est pauper? Tquam desitum sine ope, sine auxilio, sine aliqua re, de qua in terra presumat. Talibus enim pauperibus adest Deus: quia etsi abundant pecunia in hac terra, respiciunt quod ait Apostolus: Praecipit diuitibus huius saeculi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Et considerantes quam sit incertum, unde gaudebant, antequam accederent ad seruitutem Dei, vident et ipsis diuitibus & bonis terrenis vel habere se pressuras cogitationum, quomodo ea gubernentur, quomodo custodiantur: vel si paululum inclinauerint cupiditatem, vt ea diligant, plus eis impleri timoribus, quam fructibus. Quid enim tam incertum, quam res volubilis? Nec immerito ipsa pecunia rotunda signatur: quia non stat. Tales ergo, etsi habeant aliquid, pauperes sunt. Qui ergo nihil horum habent, & habere desiderant, inter reprobandos diuites computantur. Non enim attendit Deus facultatem, sed voluntatem.

CAP. III.

In ipsis diuitibus non facultas, sed cupiditas reprehenditur.

1 Aliud quippe est, esse diuitem; aliud, velle diuitem fieri. Diues est, qui a diuitibus natus est, non qui voluit. Diues est, cui multi hereditates dimiserunt. Video facultatem, non interrogo voluptates. Hic cupiditas accufatur; non aurum, non argentum, non diuitiae; sed cupiditas. Nam qui noluit diuites fieri, vel non curant, vel qui non ardent cupiditatibus, non avaritiae facibus acceduntur, sed diuites sunt, audiunt Apostolum: **2** Nihil intulimus in hunc mundum. Ad mundum venerunt, plenam mensam, & arcam inuenerunt: sed Domini est terra & plenitudo eius. *Neq; de his multum sollicitus Apostolus fuit, sed in primis de illis, de quibus dicebat:* Nam qui volunt diuites fieri: non dixit, qui diuites sunt, sed qui volunt diuites fieri: **ubi** cupiditates accusauit, non facultates. Qui volunt, inquit, diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Pecunia delectat, ista non times? Bonares est pecunia: bonares est magna pecunia. Incidunt homines in tentationes, non times? In desideria multa incidunt stulta & noxia, non times? Quod ducunt, time. Quid est, quod ducunt? Quae mergunt, homines in interitum & perditionem. **3** Mergi

non times in interitum & perditionem? Non times radicem omnium malorum auaritiam? De agro tuo extirpas radicem spinarum; & non extirpas de corde tuo radicem malorum cupiditatum? Purgas agrum tuum, unde fructum capiat venter tuus; & non purgas cor tuum, vbi habitat Deus tuus? Radix est enim omnium malorum auaritia, quam quidam sequentes, a fide perueniuerunt, & inseruerunt se doloribus multis. **4** Vides ergo vbi sis? Quid mihi ostentus nullas facultates, cum ego conuinca tantis cupiditates? Ecce iam compara duos. Ille diues est, ille pauper. Sed iste diues est, iam est, non vult fieri: iste diues est aut de parentibus, aut de donis, & hereditatibus. Ponamus, faciamus, diues est etiam de iniquitatibus: iam non vult addere; imposuit modum, fixit limitem cupiditati, iam corde militat pietati. Diues, inquires? Respondeo, diues est. Iterum tu accusator respondes, & dicit: De iniquitate diues est. Quid si facit amicos de Mammona iniquitatis? Dominus nouerat, quod dicebat: vtrique non errabat, quando praecipiebat: **Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in tabernacula aeterna.** Quid si hoc facit iste diues? Iam finit cupiditatem, exercet pietatem. Tu nihil habes, sed diues vis fieri; incidis propria cupiditate grauatus in tentationem, sicut iste exoneratus surgit ab iniquitate. Et quomodo illum sua pietas purgat & releuat: sic te tua cupida voluntas maculat, & grauatur. **Vacuum incedis. & oneraris: anhelas ad refrigerium, quo magis inflammaberis. Necdum est quod te perdat: sed quavis vnde peueas.** **5** Nam quid tibi prodest, sieges facultate, & ardes cupiditate? Quando Dominus noster Iesus Christus abeunti a se illi diuiti conuictor dixerat: Vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni, sequere me: & magnam de desperatione diuitibus pronunciat, vt diceret, facilius posse camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum: nonne continuo discipuli conuicti sunt, dicentes apud seipsos: **Quisnam poterit saluari?** Ergo quando dicebant, **Quisnam poterit saluari, diuites paucos attendebant?** Larebat eos tanta pauperum multitudo: Non sibi poterant dicere; Si difficile est, imo impossibile, vt intrent diuites in regnum caelorum, sicut impossibile est vt intret camelus per foramen acus: omnes pauperes intrant in regnum caelorum; diuites soli excluduntur. Quot sunt erant diuites? At verò pauperum milia innumerabilia. Non diuites inuenies

1 Tim. 6.

1. Tim. 6.

P curiosa re tot mda signatur.

4 D. August. Sermon. 110. de Temp.

Luc. 16.

Luc. 16.

1 D. August. Sermon. 5. de verbis Domini, in medio.

2 D. August. Homil. 13. inter 59.

1. Tim. 6.

2. Tim. 6.

3 August. Sermon. 305. de temp. in fin.

4 August. in Psalm. 51. in medio. Math. 19.

inspecturi sumus in regno calorum: sed vestis cuiusque fulgor iustitiae deputabitur. Erunt ergo pauperes aequales angelis Dei, induti stolis immortalitatis, & fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. Quid nobis est de divitiis paucis sollicitos esse, aut laborare? Non hoc tenerunt Apostoli: sed cum Dominus hoc dixisset; Facilius est camelum transire per foramen acus, quam divitem intrare in regnum calorum: illi apud se dicentes, Quis nam poterit saluari; quid aunderunt? Non facultates, sed cupiditates. Viderunt enim etiam ipsos pauperes, esse non habentes pecuniam, tamen habere avaritiam. Et ut novis non pecuniam in divite, sed avaritiam condemnari: adverte quod dico. Respicis illum divitem stantem iuxta te: & forte in isto est pecunia, & non est avaritia: in te non est pecunia, & est avaritia. Pauper vlcerosus, ærumnotus, linctus à cambus, non habens opem, non habens etcam, non habens forte ipsam vestem, ablatus est ab angelis in sinu Abrahamæ. Nō est in hoc Lazaro meritum pauperitatis, sed pietatis. Nam vides qui sublatus est, non vides quō sublatus est. Quis est sublatus ab angelis: Pauper, ærumnotus, vlcerosus: quis est sublatus est? In sinu Abrahamæ. Lege si ripturas, & inuenies divitem Abraham. Ut novis, quia nō divitiarū culpantur; habebat Abraham multū auri, argenti, pecorum, famulī: Dives erat, & in eius sinu Lazarus pauper sublatus est. In sinu divitis pauper. An potius ambo Deo divites, ambo cupiditate pauperes? Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum calorum. Qua paupertate etiam beatus Iob pauper fuit, & antequam magnas illas terrenas divitiis amississet. Quod ideo commemorādum putavi, quoniam sunt quidam, qui tacilius omnia sua pauperibus distribuunt, quam ipsi pauperes Dei fiant. In flatu sunt enim iactantia, quæ putant sibi esse tribuendum, non gratia Dei, quod bene vivunt: & ideo iam nec bene vivunt, quantacunque bona opera facere videantur. De suo quippe habere se putant: & ideo gloriantur, quasi non acceperint. Divites sui, non pauperes Dei: abundantes sibi, non egentes Deo. Sed ait Apostolus: Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeat, charitatem autē non habēat, nihil mihi prodest. Tamquā si diceret: si distribuero omnia mea pauperibus, & pauper Dei non fuero, nihil mihi prodest. Charitas enim non inflatur. Et ideo tales non pertinent ad populum Dei, quia non sunt pauperes Dei: non sunt humiles, sed superbi. 7. Certē ille pauper

ante

anteannam divitis vlcerosus, sic crederis, sic credimus. sic diximus. Divies autē ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendēdē, ablatus est ad inferos, ad tormenta. Nunquid verē ille pauper merito illius inopia ablatus est ab angelis: divies autem ille peccato divitiarum suarū ad tormenta missus est? In illo paupere humilitas intelligitur honorificata: in illo divite superbia damnata. Brevis probo, quia non divitiar, sed superbia in illo divite cruciabat. Si qui divies est, ad tormenta rapitur; quomodo Abraham præciserat pauperem, ut ablatū in sinu suū susciperet? Sed erat Abraham in divitiis pauper, humilis, tremens omnia Dei præcepta, & obaudiens. Vique adeo autem pro nihilo habebat illas divitiis, ut iussus à Domino, filium suum immolaret, cui servabat divitiis.

Vide Tom. 2. Epist. 20. qu. 4. Gen. 22.

CAP. III

Et divites & pauperes debent esse humiles.

ET in istis divitiis, quæ vulgo appellantur divitiar, quibus est contraria vulgaris ista paupertas, nihil est sic cavendum, quàm superbia morbus. Qui enim nō habet pecuniam, non habet amplissimas facultates; non habet unde se extollat. Si ergo qui non habet unde se extollat, non laudatur pro eo quod non se extollit; qui habet, laudatur si non se extollit. Quid ergo laudo humilem pauperem? Unde superbia, non habet. Quis autem ferat & inopem & superbum? Lauda divitem humilem, lauda divitem pauperem: & ut citius dicam, quod paulo antē dixi, divites pauperes noli contemnerre, o pauper. Esto & tu pauper, id est, humilis. Si enim divies factus est humilis: quanto magis pauper debet esse humilis: Pauper non habet unde inflatur: divies habet cum quo luctetur. Audi ergo me. Esto verus pauper, esto pius, esto humilis. 3. Ceterum his qui iam divites sunt, adhuc cōsiliū dedit Apostolus: Præcipe, inquit, divitibus huius mundi, non superbe sapere. Vermis divitiarum superbia. Difficile est, ut non sit superbus, qui divies est. Tolle superbiam, divitiar nō nocebunt. 4. Omne porrum, omne granum, omne frumentū, omne lignum habet vermem suū. Alius est vermis mali, alius piri, alius fabæ, alius tritici: vermis divitiarum, ut dixi, superbia. 5. Si ergo de his non præsumpseris, eris & pauper, de qualibus dictum est: Et

1 D. August. Serm. 117. de Temp. in piinc.

2 Ibidem intia.

3 D. August. Ho. 23. int. 10.

Vid. ser. 205. de Temp. 4 Aug. Ser. 5. de verbis Domini. 5 August. in Psalm. 131. scilicet in fine.

Math. 13.

Luc. 16.

Vide Tom. 2. Epist. 20. qu. 4.

Gen. 13.

6 In Psal. 71. in princip. Matth. 5.

1 Cor. 13.

7 In Psal. 131. in principio.

pauperes eius saturabo panibus. Aliquando autem, quod non est prætermittendum dicere, inuenis pauperem superbum, & diuitem humilem, *placentem Deo*. Quotidie patimur tales. Audis pauperem quasi gementem sub diuitibus; & quando potentior premit diues, tunc illum humilem vides: aliquando nec tunc, sed & tunc superbum: vnde vides, quis esset, si aliquid haberet. Ego verus pauper Dei in animo est, non in sacculo. Precedit aliquando homo habens plenam domum, vberesterras, multa prædia, multum auri & argenti: nouit quia in ipsis non est præsumendum, humiliter se Deo, facit inde bene; ita cor ipsius erigitur ad Deum, vt nouerit quia non solum nihil illi profunt diuitiæ ipsæ, sed & impediunt pedes ipsius, nisi ille regat, & subueniat, *qui dedit*: & numeratur inter pauperes, *placens Deo*. Inuenis alium mendicantem inflatum, aut ideo non inflatum, quia nihil habet, querentem tamē vnde infletur. Non attendit Deus facultatem, sed cupiditatem: & iudicat eum secundum cupiditatem, quia inhæret rebus temporalibus: non secundum facultatem, quam non ei contigit adipisci. *Quam enim superbus hic est, si pauper non esset? Et forte alius, qui diues est, fieri humilior, si esset ditior. Vnde neque diues poterit displicere Deo, modo se semper humiliter, & nunquam de diuitiis præsumat neque pauper placere, si superbus, & ad id quod non habet, auaræ cupiditate anhelet.*

CAP. V.

Diuitibus imprimis vitanda est superbia: & quo ditiores sunt, eo solitiores in timore esse debent.

Habeat *proinde* quis multas facultates pecuniarum: si in eis non extollitur, pauper est: non habeat aliquis & cupiat, & infletur, inter diuites: reprobos enim deputat Deus. Et diuites & pauperes in corde interrogat Deus, non in arca & domo. Nonne pauperes sunt, qui accipiunt, & *perficiunt* mandatum Apostoli dicentis Timotheo: Præcipe diuitibus huius sæculi, non superbe sapere: Quomodo eos, qui diuites erant, fecit pauperes? Tulit illis, quare queruntur diuitiæ. Nemo enim vult esse diues, nisi vt infletur inter eos, inter quos vivit, & superior illis videatur. Cum autem dixit, non superbe sapere, a quales eos fecit non habentibus: vt fortassis pauculis nummis mendicus plus extollatur, quam ille diues, qui audit Apostolum *hoc* dicentem: Præcipe diuitibus huius sæculi, non superbe sapere. Vnde nõ superbe sapere: Si faciant quod

quod sequitur: Neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Non dixit, qui præstat illis: sed, qui præstat nobis. Nūquid ipse Paulus non habebat diuitias? Habebat planè. *Quas diuitias? De quibus alio loco dicit scriptura: Fidelis homini mundus totus diuitiarum est.* Audi & ipsum confidentem: *Quasi nihil habentes, & omnia possidentes.* Hoc ergo *mandatum* diuites acciperunt: Non superbe sapere. Quod faciunt diuitiæ, hoc caueant in diuitibus: caueant in diuitis superbiam. Ipsum enim malum est, quod important diuitiæ incautis hominibus. Non enim aurum malum est, quod Deus condidit; sed malus est homo auarus relinquens creatorem, conuersus ad creaturam. Hoc ergo sibi præcaueat, ne sit superbus. Non enim cum *Apostolus ista præcipere*, diuitias expauit, sed morbum diuitiarum. Morbus autem diuitiarum, est superbia magna. Nam grandis animus est, qui in er diuitias isto morbo non tentatur. Maior animus diuitis suis, qui eas vincit, nõ concupiscendo, sed contemnendo. Magnus est ergo diues, qui non se ideo magnum putat, quia diues est. *Qui* autem ideo magnum se putat, superbus & egenus est: in carne crepat, in corde mendicat; inflatus est, non plenus. Vitæ autem duos fi videas, vnum plenum, alterum inflatum: in vitroque eadem est magnitudo, sed non in vitroque eadem plenitudo. Si attendis, falleris: si appèdis, inuenis. *Qui* plenus est, difficile mouetur: qui inflatus est, citò auferitur. Præcipe ergo, inquit, diuitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Inde enim superbit diues, quia sperat in incerto diuitiarum. Nam si incerta diuitiarum prudenter attenderet, nunquã superbiret, sed semper timeret. Quanto esset ditior, tanto fieret sollicitior, & secundum hanc vitam, non solum secundum illam. Multi enim in istis sæculi perturbationibus securiores pauperes fuerunt. Multi autè propter suas diuitias quæsitæ & correpti sunt. Multi se habuisse planxerunt, quod semper habere minime poterunt. Multos pœnituit consiliũ sui Domini nõ recepisse, qui dixit: Nolite vobis thesauros cõdere in terra, vbi tinea & comeßtura extermiat; & vbi fures effodiunt, & furantur: sed thesaurizate vobis thesaurum in cælis. Non dico vobis, vt perdati, sed vt migretis. Multi enim hoc facere noluerunt: & non se obedisse doluerunt, quando non solum sua perdiderunt, sed propter illa & ipsi perierunt.

1. Cor. 6.

2 in Psal. 136. in medio.

1 D. Aug. Serm. 171. de Tem.

4 Ibidem infra.

vide To. 4. lib. de Catech. rudib. Cap. 16. Math. 6.

Quid sequatur mali ex ipsis diuitiis, ob quas homo hominem sicut pisces piscem deuorat.

PEtis ergo diuitias, o homo? Quantiuersis sunt per diuitias suas? Vnde scis utrum tibi sint profuturæ diuitiæ? Nonne multi pauperes tutius latebant: diuites facti, mox ut lucere, & pecuniâ turgere cœperunt, præda fortioribus fuerunt? Quanto melius laterent, quanto melius nescirentur, qui cœperunt quærî, non propter quod erant, sed propter quod habebant. *An magnum quid esse putas pecuniam? An in illa confidis?* ² Pecunia nihil est, non inde auxilium habebis. *Ecce quod dixi, repeto.* Multi propter pecuniam, de honorum gradibus præcipitati sunt: multi propter pecuniâ funditus perierunt. Multi propter pecuniam multam quaesiti sunt à militibus, à raptoribus. Tutius essent si non haberent quare quærentur. Si autem in laris inde, quia dimes & plenus tibi uideris, noli attendere quando eris præda hominû: iam diabolo præda es: nec quâ eum euadās, habes: nisi tumore deposito, & penniâ à visco purgatis, sursum raptariis in illam spem extensus, quæ presentia despicit, futura promittit. *Sed dicis mihi:* ³ Malo quod teneo, quàm quod spero. *O infelix!* quid tenes? Ecce dicis, Malo quod teneo. Tene sic ut non amittas; & dic, Malo quod teneo. Si autem non tenes, quare non tenes illud quod non potes amittere? Quid ergo tenes? Aurum. Tene ergo si tenes, non tibi auferatur inuito. Si autem & per aurum traheris quò non vis; & ideo te quærît maior raptor, quia inuenit minorem raptorem; ideo te quærît maior aquila, quia prior cepisti leporem: præda tibi fuit minor, præda eris maior. Hæc non vident homines in rebus humanis: tanta cupiditate cæcantur. Mira res est: horrent qui considerant. Quærit potentior infirmiores; & quærit eum opprimere, non ob aliud, nisi quia habet quod illi auferat. Videri illum pati sub se tribulationem, non ob aliud, nisi propter quod habet. Et hoc ipse, propter quod ille patitur tribulationem, ad se congerit. Non attendebat, quando illum persequēbatur. Ille fugiebat, ille torquebatur, ille timebat, ille ubi se absconderet quærebat. Vnde pateret ista mala, nisi quia habebat: Vel in illa disce quid fugias: quia res quæ illum torquebat, te persequente, ne auferretur

à te;

âre; & te sic habet torquere, alio persequente. Attendis quia pinguis est. Si propterea illum persequeris quia pinguis est; time pinguescere, ne alter te quærat: time discescere, ne alter te deuoret. *An non attendisti hoc sæculum esse veluti mare amarum & turbulentum,* ⁴ ubi homines cupiditatis peruersis & prauis, facti sunt velut pisces, inuicem fe deuorantes? *Si ante non attendisti, vel nunc attende mare malum, mare amarum, fluctibus sæuum:* attende qualibus hominibus plenum sit. Quis optat hæreditatem, nisi morte alterius? Quis optat lucrum, nisi damno alterius? Quàm multi aliorum defectione cupiunt sublimari? Quàm multi, ut emant, optant alios vendere res suas? Quomodo se inuicem opprimunt, & qui possunt deuorant? Et cum deuorauerit vnus piscis maior minorem, deuoratur & ipse à maiore. O piscis male, prædam vis de paruo, præda efficieris maiori. Quotidie ista eueniunt, ante hos sunt: vitemus illa, horreamus.

Cum hoc sæculum sit velut mare, videat vnusquisque ne hic submergatur, vel fluctuet, per iniustitiam & rapinam.

PEr similitudinem ergo ipsa terra meritis mare dicenda, ¹ *In Psal. 76.* ac tempestatibus subdita. Iam illud si attendas, quòd homines se tanquam pisces deuorant, quàm maior minorem absorbet: *nōne mirum videbitur, quòd plerique omnes tantopere blic que- rant & ament diuitias, non vnde feliciter viuunt, sed vnde periclitentur?* *In mari sunt, & nesciunt:* & qui deuorari volunt à maiore, prædari volunt minorem. *O cæcas hominum mentes, & submersas quodammodo prauis istis desiderijs, tanquam ipsæ suantis maris fluctibus.* ² Habet hoc mare amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationem, tempestatas tentationum, procellas cupiditatum. Habet homines velut pisces de suo malo gaudentes. *Tu verò, qui ista vides, calca mare, ne mergaris in hoc mari.* Non autem calcabis, nisi ille iusserit qui prior in mari ambulauit. Sic enim ait Petrus: *Si tu es, iube me venire ad te super aquas.* Et quia ipse erat, audiuit petentem, vocauit ambulāntem, erexit emergentem. Non sinit ille peire, qui te iubet ambulare. *Illius iussio, tua est*

Math. 14.
cor. 9-

¹ Aug. in Psal. 51. in med.

² Aug. in Psal. 77. in fine.

³ In Psal. 123. in medio.

⁴ In Psal. 85. vltima med.

¹ In fine.

² In Psal. 59. in medio.

1. Cor. 10.

consolidatio. Quia enim iam in petra ambulans, (*petra autem, inquit, erat Christus*) nec in mari timebis: si sine petra fueris, in mari mergeris: quia in tali petra ambulandum est, quæ in mari non merfa est. *Denique, in mari quomodo se habet petra? Purgatur ibi, non solidatur: & si procella surgit, manet petra immobilis. Non illam fluctus solvunt, sed ipsa potius frangit & dissipat fluctus irruentes.* Talis esto & tu. Non te frangat aduersitas, non te dissoluat cupiditas. Velut petra adhareas petra, ut non succumbas fluctibus auaritiæ. Illa te seruabit, hæc perdet: illa solidabit, ista corrumpet. Quomodo fundamentum bonum seruat magnam ædificium, non ventis, turbiniibus, & tempestatibus subsertitur: sic petra hæc cui inuiteris, te conseruabit illam ab omni cupiditatis illecebra. Sed sicut fundamentum rerum ad imitandum, in imo ponitur: sic ista sursum est: ut cum ibi fundamertum tuum esse cognoueris, cor quoque sursum habens erectum, non inclinatum deorsum in auaritiam.

Vide in
Psal. 103.
conc. 3. vitra
medium.

3 In Psal. 51.
non procul
ab initio.

Hoc ergo dico, diuitiæ si affluant, ne apponas cor. Abundent licet, & sequatur te prosperitas sæculi, tu mari noli credere nec tident. Diuitiæ si affluant, si abundent, calca eas, & suspendere ex Deo tuo. Cum enim eas subter te habueris, & ex illo penderis, cum fuerint subtrahat; non cades. *Neque solum non cades, sed & rectus manebis: quandoquidem id quod pendet, semper rectum pendet. In quacumque parte illud torseris, atque retorseris, ad suam recurrit rectitudinem. Et quid est rectus? Aequus. Ergo curuus, iniquus est. Quid autem iniquus, quam quous modo curuari ad terrenam substantiam, & violare diuinam iustitiam? Fortè enim + non res diues, & rapere vis. Quid inuenis? Quid perdis? O lucra damnoosa! Inuenis pecuniam, perdis iustitiam. Pauper enim, inquis, non habeo. Ideo rapere vis? Quid rapias, vides: à quo rapiaris, non vides? Nescis circuire inimicum, tanquam leonem rugientem, & quærentem quid rapiat? Præda illa, quam vis rapere, in inscipula est: tenes, & teneris. In rapinam ergo ne concupiscas, o pauper, sed concupisce in Deum, qui præstat oobis omnia abundantè ad fruendum. Pascet te, qui fecit te. Si pascit latronem, non pascet innocentem? Pascet te, qui solem facit oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si pascit demandos, non pascet liberandos? Ergo in rapinam noli concupiscere. Dictum est hoc pauperi, fortassis aliquid de necessitate rapturo. Diues procedat: non habeo, inquit, ego necessitatem*

4 In Psal. 67.
vitra mediū.

2. Petr. 5.

3. Tim. 6.

Marth. 5.

tatem rapiendi, nihil mihi deest, abundant omnia. Et tu audi; Diuitiæ si affluant, ne apponas cor. Ille non habet: iste habet. Ille non querat rapere quod non habet: iste non apponat cor in eo quod habet. Diuitiæ si fluant, id est, si exundent, tanquam de fonte currant, ne apponas cor. Noli de te presumere, noli ibi te figere: certè vel hoc time, diuitiæ si fluant. Non vides, quia si ibi cor posueris, & tu flues?

CAP. VIII.

*Mundi negotia, ex quibus constantur diuitia, flumina
Babylonis sunt: curruum & transeunt.*

1 Sicut enim flumina currunt in mare: sic cupidi homines in amaritudinem huius sæculi prolabantur. 2 An non est mare hoc sæculum; an flumen non est, ubi se homines quasi pilices deuorant? Et si quid est flumen? Flumen est omnis mortalitas sæculi. Vide flumen, alia veniunt & transeunt: alia transitura succedunt. Nonne sic fit in aqua fluminis, quæ de terra nascitur & manat? Omnis qui natus est, cedit oportet nascituro: & omnis iste ordo rerum labentium, fluius quidam est. In istum fluium non se mittit cupida anima: non se mittat, sicut. Certè 4 flumina Babylonis sunt omnia, quæ hic male amantur, & transeunt. Nescio, quid amavit (verbi gratia) agriculturam ipsam exercere, inde ditescere, ibi occupare ænimum, inde percipere voluptatem: attendat exitum, & videat illud, quod amavit, non esse fundamentum Hierusalem in petra fundatum; sed fluium Babylonis. Alius dixit: Magna res est militare. Omnes agricolæ formidant eos qui militant: obsequuntur eis, tremunt eos. Si fuero agricola, timebo militarem: si fuero militaris, timebor ab agricola. O insane, in alium te Babylonis fluium precipitasti, turbulentiorè & rapaciorè: & cum tu timeri vis à minore, time maiorem potestatem: teipso maior fieri potest subito, qui te timet: nunquam autem erit minor, quem debes timere. Aduocatum esse, inquit iste, magna res est; potentissima eloquentia in omnibus habere susceptos, pendentes ex lingua disertis patroni sui, & ex ore eius sperantes vel damna, vel lucra, vel mortem, vel vitam, vel pernicem, vel salutem. Nescis quò te miseris. Alius & iste fluius Babylonis est: & si defendas quia fluit & labitur, caue, quia trahit. *Audiamus & alium: Pronentibus annis in Ecclesia posse otari, res est maxima: item pensionibus abutur.*

1 In Psal. 87.
con. 1. in fine
2 Ex mellelog.
scilicet 53. de
refurr.
2 In Psal. 106.
56. in med.

4 In Psal. 136.
in initio.

abundare, decimis ditari, & absque labore (non tamen sine pretio) multis beneficiis inaugurari, res exoptanda & periuicunda est. Quid inquit? & hoc non esse fluvium Babylonis arbitraris: Imò præruptum narathrum est, quo si te precipitaueris, non facile enatis. Navigare, inquit alius, & negotiari, magnum est: scire multas provincias; lucra vndique capessere, non esse obnoxium in ciuitate alicui potenti, semper peregrinari, & diuersitate negotiorum & nationum animum pascere, & augmentis lucrorum diuitem remeare, fluvius est & iste Babylonis. Lucra tua quando stabunt? quando præsumpturus, quando securus eris ex his que acquisis? Quanto eris ditior, tanto timidior. Vno naufragio nudus exibis, & recte te planges in flumine Babylonis, quia noluisti sedere, & flere super flumina Babylonis.

CAP. IX.

De rerum abundantia non est gaudendum, sed de Deo, qui nostrum bonum & gaudium est.

AT dicturus es: *Cur plangeam? Abundant mihi omnia. Abundent omnia: vixi si securus es, quia non peiunt omnia. Sed habeo quod non habebam; accessit pecunia que non erat. Fortè accessit & timor qui non erat. Fortè tanto securus eras, quanto pauperior. Num igitur non præstitisset mansisse te pauperem. & iam multa cordis gaudere securitatem quam sic esse diuitem, ut multis timoribus excrucietur? Si diues incidat in periculum bonorum suorum perdenderum; quam facile contristatur, quam facile conturbatur? Omitto dicere quòd & facile Deum negat, facile periuurat, & blasphemat: pauper verò, quia nihil habet, & nihil timet amittere, de solo Deo, qui eius bonum est, gaudet, & securus eum laudat. Et quàm sit securus ista laudatio, quamque sit securum sic esse, intellige de ipso bono. Nam si gaudes de bono quod tibi accidit per diem, fortasse transit alio die bonum hoc vnde gaudes. Bene fuit tibi, dicit: bonum diem duxi; quia fortè lucra uenerunt, aut inuitatus es, aut in epulis diu fuisti. Gaudes quia in epulis diu fuisti: alter dolet, quia non erubuisti. Veruntamen de quocunque tali bono gaudeas, certè flumen est, certè transitorium est. Si autè gaudeas in Domino Deo tuo, tanto firmitus gaudebis, quanto est certior in quo gaudebis. Si enim gaudeas de nummo, ne tibi pereat, times furem. Si autem gaudeas de Deo,*

Deo, quid times? Ne tibi quisquam auferat Deum? Deum tibi nemo auferet, si tu eum non dimiseris: nec etiam à te dimissus, tibi peribit. Nunc ergo quia totum gaudium nostrum Deus est: qui vult securus gaudere, in illo gaudeat qui non potest perire. Quid enim gaudere vis in argento? Aut argentum perit, aut tu; & nemo scit quid prius. Veruntamen illud constat, quia vtrumque periturum est: quid prius, incertum est. Nam nec homo hic potest manere semper, nec argentum hic potest manere semper: sic aurum, sic vestis, sic domus, sic pecunia, sic lara prædia. Omnia transiunt & currunt veluti flumina: nihil eorum manet. Et si fortassis quispiam in his omnibus diues & abundans inueniatur vsque ad extremam senectam, non inde turberis, sed attende si sic se suaque teneat, ne quid pereat. Labitur enim hoc ab illo quod tenet; vel ipse ab eo quod tenet: necesse est transeat aut ipse per res suas, aut res ipsius per illum. Per quem res transeunt tuæ? Qui viuus labefactus iterit, quis transit per res suas? Qui in diuitiis moritur: quia cum moritur, non eas secum auferat ad inferos. Domum meam habeo, iactauit se. Quæris, Quam domum tuam? Quam mihi dimisit pater meus. Et ille vnde habuit hanc domum? Anus noster illi eam dimisit. Recurre & ad proauum, inde ad arauum, & iam nomina non potes dicere. Nonne inde potius terreris, quia multos attendis tanquam peregrinos transisse per illam domum, & neminem ipsorum secum illam tulisse ad æternam domum? Pater tuus hic eam dimisit, transit per illam: sic & tu transibis. Si ergo transitorium habetis in domo vestra, stabulum est itinerantium, & peregrinantium, non habitatio commanentium: quia si hæc transitur. Sed interest quò: quoniam & malus homo peregrinatur hic. Non enim bonus transit, & malus hic permanet: aut malus transit, & bonus hic permanet. Ambo transiunt, sed non ambo ad vnum. Duo erant, pauper vlcerosus ad ianuam lacens diuitis; & diues indutus purpura & bysso, in epulis quotidie splendidis. Ambo hic erant, ambo hinc transierunt; sed non ad vnum locum: diuersa loca suscipiunt, quia diuersa meritis perducunt. Transit pauper in sinum Abrahe, & transit diues in tormenta inferorum. Vicini corpore in terra: ille in domo, ille ante ianuam. Post mortem tantum separati, vt dicat Abraham; Inter nos & vos chaos magnum firmatum est.

3 In Psal. 144.
in medio.

4 In Psal. 122.
in med.

5 In Psal. 145.
ante med.

Luc. 16.

3 In Psal. 87.
in medio.

3 In Psal. 144.
in initio.

Non potest innocens esse, qui vel emendo vel vendendo fraudulenter, lucra sibi conquirat.

HAEc ergo cogitas, potes, o homo, cum aliqua spe etiam lucus esse. Si autem adhuc vis fieri dives, non solum ea, qua superflua tibi iacent, non vis erogare in indigentibus, sed etiam augere vis patrimonium tuum. Vnde vis augere? Emendo. *Cur non totius ipsius virtutes tibi comparando, iustitiam dei, & innocentiam, auges apud Deum meritum tuum? Apud homines innocens tibi videtur, quia emendo vis patrimonium augere.* Fortè & de rapinis aliquam spem habes? Nisi fortè hoc dicas: Scit Deus, quia non de rapinis volo augere patrimonium meum. Et de rapina non es malus, sed voto malus es. Si quis tibi dicat: Vende res tuas; exhorrescis, et paretis, maledictum putas. Cum ergo emere cupis, nonne hoc optas, ut res suas alij vendant? Nam quomodo poteris emere, si alius non compulsus fuerit venditare? *Quid est enim emere, nisi quod non habebis dato eius pretio acquirere?* Certè quando pro tuis necessitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem, aut vinum, aut oleum, aut lignum, aut vestem, aut aliquam suppellectilem, aut quodcuq; tibi opus est: das & accipis: aliquid amittis, aliquid accipis: hoc est emere. Nam si nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut invenisti, aut donatum accepisti, ut aliquid habeas, tunc emis. Quod habes, emptum est: quod amittis, pretium est. Quomodo ergo perdis nummos ut emas tibi panes: sic perde nummos, ut accumules tibi virtutes: sic perde pecuniam, ut acquiras iustitiam & emas tibi innocentiam. ³ Quid queris ista verba? Innocens es, & persecti iustitiam. Sed quid est esse innocens? Daobus enim modis nocet homo, quantum in ipso est, aut faciendo miserum, aut deserendo miserum: quia & tu non vis ab alio fieri miser, & non vis deseri ab alio, si miser fueris. *Quis est, qui facit miseros? Qui infert violentias vel insidias, rapit res alienas, opprimat pauperes, furatur, coniugia aliena sollicitat, calumniaosus est, vult inferre hominibus vnde dolent, studio malevolentia. Quis est, qui desecit miseros? Qui videt inopem aliquo auxilio egentem; & cum habeat quomodo praesert, contemnit, despicit, alienat cor suum. Quod si iam omnino talis*

esset, ut non opus haberet aliqua misericordia: superbus esset, si desereret miserum. Adhuc in tribulatione carnis constitutus est, nesciens quid sibi possit etiam accidere, & despicit lacrymas miserorum: non est innocens. Sed quis est innocens? Qui cum alij non nocet, nec sibi nocet. Qui enim & tibi nocet, non est innocens. At aliquis: Ecce non tuli alicui, nec pressi aliquem; de re mea, de iusto labore meo bene mihi factam, conuiuium apparatus habere volo, erogare volo, quantum me delectat; bibere cum quibus volo, quantum me delectat. Cui aliquid tuli? Quem pressi? Quis de me quaerit est? Innocens videtur. Sed si seipsum corrumpit, si templum Dei in se evertit, quid expectas ut in alio faciat misericordiam, & parcat miseris? Qui in seipsum crudelis est, esse in alium misericors potest? ⁴ Fallit proinde animam suam, qui sustinere existimat, si quod sibi fieri non vult, nulli hominum faciat: seque vitaluxuriosa ita corrumpit, ut Deo facere conetur quod fieri ab homine non vult. Neque enim vult à quoquam peruertere domum suam, qui in seipso domum Dei miserabili cecitate peruerit, surdus aduersus Apostolum clamantem: Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei corrumpit, corrumperet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo te fallat. Quid ergo homo ⁵ talis se putat seruare circa alios homines innocentia sua, cum sibi ita noceat, ut Deo careat habitatore, & puniatur vltro? *Quapropter si tu hunc vltro sentire non vis, custodi innocentiam: tene, quomodo, cum auaris esses, facce luum tenebas. Quomodo tenebas facellum, ne tibi extorqueretur à fure: sic custodi innocentiam, ne tibi extorqueatur à Diabolo. Sit illa certum patrimonium tuum, de quo sunt diuites & pauperes. Quid tibi prodest lucrum auri, & damnū innocentiae? Custodi, inquam, innocentiam, pretiores res est. Furari vis aliquid, credo, ut acquiras; ut multa bona possideas: vide quò manum mittis, & vnde tollis. Hæc vis acquirere, hæc perdis. Acquiris pecuniam, perdis innocentiam. Euigilet potius cor tuum, qui volebas acquirere pecuniam, & perdere innocentiam. Perde potius pecuniam, custodi innocentiam. Audi quò I palamus dicat: Dominus, inquit, non priuabit boni ambulantes in innocentia. Quare ergo homines non volunt tenere innocentiam, nisi ut habeant bona? Non vis tenere innocentiam, ut non reidat quod ille assignat: Aurum vis habere, & perdis innocentiam.*

⁴ D. August. hom. 10. in ci. 10.

1. Cor. 11

⁵ In Psal. 18. conc. 3. ante finem.

⁶ Ibidem supra conc. 6.

⁷ In Psal. 83. 13. fine.

¹ Hom. 1. inter quin. 1048.

² D. Aug. Hom. 10. inter 50. & est Sermon. 14. Apostoli.

³ In Psal. 100. ante med.

Quid lucraris? quid damnificaris? Habes lucrum auri, passus es damnium innocentie. Est aliquid pretiosius innocentia? Sed si innocentiam retinebo, inquis, pauper eris, absque bonis huius seculi ero. Parum ne dicitur, ipsa innocentia? Si arcam plenam auro habueris, dives eris: si cor habueris plenum innocentia, pauper eris? Sed hæc bona desiderans, modo in egestate, in tribulatione, in conuallibus plorationis, in pressura, in tentationibus serua innocentiam. Erit enim postea etiam bonum tuum, quod desideras: requies, æternitas, immortalitas, impassibilitas erit postea: ipsa sunt bona, quæ seruat Deus iustis suis. Nam bona, quæ modo desideras pro magno, propter quæ vis esse nocens, & non innocens: attende, illa qui habent, qui talibus abundant. Vides diuitias apud latrones, apud impios, apud sceleratos, apud turpes: apud flagitiosos & sceleratos vides diuitias. Dat illis Deus ista, propter communionem generis humani, propter abundantiam affluentis bonitatis suæ, qui etiam solem suum oriiri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Tanta dat & malis, & tibi nihil seruat? Falsum est, quod tibi promisit? Seruat, securus esto. Qui miserus est tui, cum es ille impius; deseret te, cum factus es pius? Qui peccatori donauit mortem filij sui, quid seruat saluatio per mortem filij sui? Securus ergo esto. Tene debitorem, quia credidisti in promissorem. Dominus non prouabit bonis ambulantes in innocentia; qualis erat & iste qui dicebat: *Credo videre bona Domini in terra uiuentium.*

CAP. XI.

Gratius damnum est fidei & iustitie, quam vestis vel pecunia.

Sed interea tamen à labore, quo corpus exercetur, quo cupiditas refrenatur, cessandum non est; donec ueniatur ad illa bona, ubi quies est sempiterna. ¹ Hinc est enim illud; In labore manducabis panem tuum. Hinc etiam & illud; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Iugum enim meum leue est, & onus meum leue. Non enim poterit labor finire, nisi hoc quisque diligit, quod inuito non possit auferri. Nam cum ea diliguntur, quæ postsumus contra uoluntatem amittere, necesse est, ut pro his miserimè laboremus: & vt hæc adipiscamur, in angustiis terræ narum ærumnarum, cum sibi quisque illa rapere, & præuenire alterum, aut extorquere alteri cupit.

In iustitias machinemur. In hoc genere mali, non iustus iustum habet. sed qui iustus est, laeditur ab iniusto. Non enim qui iustus est, alicui machinatur iniustitiam. ² Sed unde fieri potest, ut iniquitas prius lædat hominem iustum, in quem procedit, quam cor iniustum, unde procedit? Itaque fraudator pecuniarum, uerbi gratia, dum cupit alium damno lacerare, ipse auaritiæ uulnere lauciatur. Quis autem vel demens non uideat quantum inter hos distet; cum ille patiatur damnum pecuniarum, ille innocentie? ³ Ergo in eo quod fraudem facit, fraudem patitur. Quod iam dictum dixi, quale cor habet quis, ut lucretur, uel estem, & perdat fidem? Ille cui tulit uestem, passus est fraudem, an iste qui tanto damno percutitur? ⁴ Si pretiosior est uestis quam fides; maior damno ille afficitur. Si autem incomparabiliter fides excedit totum mundum, ille uidebitur damnum uestis perperit; huic autem dicitur: Quid prodeit homini, si totum mundum lucretur, animam autem lux damnum patitur? *An uerò hoc gratius illo non est?* ⁵ Positus itaque si fueris in angustiis, ut aut damno pecuniarum, aut damno iustitiæ afficiaris: dicitur tibi, Perde potius pecuniam, ne perdas iustitiam. Tu autem, cui non dulcis est in ore iustitia, contristatus es; aliquando magis amittere aliquid de iustitia, quam vel nummum de pecunia: & percutis te damno grauiore, implens diuitiis sacellum tuum, & exinanicens uirtutibus cor tuum. ⁶ O homo, cor tuum sit potius arca Dei, plena Deo, ubi habitent diuitiæ Dei: ubi sit nummus Dei mens tua, habens imaginem Imperatoris tui: ne aliquando de te dicatur: *6* Sperauit in multitudine diuitiarum suarum; & præualuit in uanitate sua. Quid enim uanius eo, qui putat ualere nummum, quam Deum? *7* *stipem, quam fidem?* ⁷ Ecce peccasti, & lucrum fecisti. Quid est, quod fecisti lucrum? Vt lucrum faceres, Deum offendisti. Ut augeres pecuniam, fides diminuta est, & aurum crescit. Quid perdidisti? & quid acquisisti? Quod acquisisti, aurum uocatur: quod perdidisti, fides uocatur. Compara fidem auro. Si uenalis esset in mundanis fides, haberet pretium. Luctra tua cogitas, damna tua non cogitas? De arca gaudes, de corde non plangis? Abundat nescio quid in arca tua, sed uide quid imminutum sit in corde tuo. Cum aperueris arcam, inuenis solidos qui non erant. Bene, quia gaudes tibi esse quod non erat. Attende arcam cordis. Erat tibi fides, sed non est. Si hæc gaudes, quare hoc non plangis? Plus perdidisti quam acquisisti:

Math. 5.

Psal. 23.

Psal. 26.

¹ In Psal. 7.
in fine.
Gen. 3
Math. 11.

¹ In Psal. 72.
vtra med.

Math. 16.

⁴ In Psal. 43
in fine.

⁵ In Psal. 65.
in medijs.

⁷ In Psal. 123.
in medio.

Vis videre quid perdidisti? Nec naufragio tibi posset auferri.
 Quid ergo acquisisti? Tolle tecum ad inferos, quod acquisisti. Quid facturus es? Acquisisti aurum, perdidisti fidem. Post paucos dies exis de hac vita; aurum quod acquisisti perditum fide, auferre tecum non poteris. Cor tuum inane fidei ad pœnas exit, quod plenum fide ad coronam exiret. Ecce nihil est quod fecisti, & propter nihil Deum offendisti, quando quicquid peccando acquisisti, ut etiam nihil tibi prodesset, sed magis obesset, effecisti.

CAP. XII.

Quibus modis excusent se iniusti negotiatores de auaritia.

Adiant hac nostri negotiatores, & mutant vitam: & si fuerunt aliquando iniusti, deinceps non sunt: quicquid iniustum est, non cognoscant: quod fuerunt, obliuiscuntur: potest non approbent, non laudent, improbent, damnent, mutentur, si peccatum est talis negotiatio. Hinc enim audiretate (nescio qua) acquirendi, o negotiator, quando damnatum passus fueris, blasphemias, & pro pretiis rerum, quas vendis, non solum mentiris, verum etiam falsum iuras. Cortigante Christiani, non sic negotientur. Sed ait mihi negotiator: Ecce ego adfero quidem ex longinquo merces ad ea loca in quibus non sunt ea que attuleris: unde viuum, tanquam mercedem laboris mei peto, ut carius vendam, quam emerim. Vnde enim viuum, cum scriptum sit, Dignus est operarius mercede sua? Sed agit de mendacio, de periurio. Hoc vitium meum est, non negotiationis: neque enim non, si vellem, possem agere sine isto vitio. Non ergo culpam auctor ad negotium transfero: sed si mentior, ergo mentior, non negotium. Possem enim dicere: tanto emi, sed tanto vendam: si placet, eme. Non enim istam veritatem audiens emptor repelleretur; & non omnes potius accurrerent: quia plus fidem quam mercedem diligenter. Hoc ergo, inquit, me mone, ne mentiar, ne periurem: non ut abiciam negotium, vnde me transigo. Quò enim vocas, quando hinc reuocas? Fortè ad artem aliquam? Ero tutor, calciamenta faciam hominibus. Mendaces enim & ipsi non sunt? Periuri & ipsi non sunt? Nonne locatis ab alio calciamentis, cum acceperint ab alio pretium, dimittunt quod faciebant, & suscipiunt alteri facere, & fallunt eum cui promiserant citò se facturos? Nonne sæpe dicunt: hodie facio, hodie impleo?

Deinde

Deinde in ipsa futura tantas fraudes non faciunt? Faciunt ista, & dicunt ista: sed ipsi mali sunt, non ars quam profitentur. Si omnes ergo artifices mali, Deum non timentes, vel pro lucro, vel pro timore diuini aut egestatis, mentiuntur aut periurant: quomodo reuocas me à negotiatione? An vti agricola sim, & aduersus Deum tonantem murmurem, vt grandinem timens, fortilegem consulam, vt quæram, quid faciam contra cælum, vt optem pauperibus famem, quò possem vendere, quod seruari? Ad hoc me adducis? Sed non ea faciunt, inquis, agricola? boni. Nec illa negotiatores boni. Quid enim! Vtrum & filios habere malum est, quia quando eis caput dolet, malè & iniuste matres ligaturas sacrilegas & incantationes quærunt? Ita hominum, non rerum peccata sunt. Potest mihi hoc dicere negotiator. Quare ergo, inquit, quemadmodum intelligas negotiationes, quas legit in psalterio: ne forte tu non intelligas, & me à negotiatione prohibeas. Mone ergo quemadmodum viuum. Si bene; bene mihi erit: vnum tamen scio, quia si malus fuero, non negotiatio mihi facit, sed iniquitas mea. Verumne dico? Et quando verum dicitur, non est quod contradicatur. Assentior. Sed habeo adhuc quod contra te, o negotiator, dicam. Nunquid Abel iniustus, negotiator fuit? Vnde se transfegit, quamdiu vixit: Nonne in sudore vultus sui vescabatur? Quid Enoch, quid Noë vti agricola, quid Patriarcha pastores ouium fecerunt; negotiati sunt: Et vixerunt tamen. Quidam eorum diuitius etiam vixerunt: sed non de eo, quod illos sustentaret, male solliciti fuerunt. Quis Israelitarum excrementum de Aegypto. tantam multitudinem pavit? Nonne Deus eorum Dominus? Quis pavit Heliam? Coruus & paupercula vidua, iniusti à Deo, ministrarunt Prophetæ. Denique sanctus ille Iannes, in deserto vidualis, unde sustentatus fuit? locustis & melle siluestri? Et Dominus Iesus, cum quadraginta dies in deserto iunaret, postque sibi lapides in panes mutare; esurire tamen dignatus est. ac deinde ab angelis sibi voluit ministrari. Quare autem hac dico: Vt te doceam o negotiator; si sanctorum vitam imitari. & à negotiatione cessare velis; nunquam Deo deserturum vnde te sustentet. Hoc ergo agere in omni negotio tuo, quod agere necesse est, non vt viuas simpliciter, sed vt bene viuas. Viuas autem bene, si in se viuas.

Nos habemus litteraturam; ibi legit Augustinus negotiatio- nes.

Genes. 4. Ibidem 1. Genes. 9. Ibidem 47. Exod. 16. 3. Reg. 17. Math. 3. Math. 4.

Ibidem infra.

1 In Psal. 70. conc. i vitra medium.

Luc. 10.

CAP. XIII.

Quomodo de sua iniustitia se excusent fœneratores, & similes farinae homines; ne auari videantur: cum iniusti amantibus, & timentibus Deum nihil desit.

1 In Psal. 128.
in medio.

A Vident etiam fœneratores dicere: Non habeo aliunde vitam. Hoc mihi & iatro diceret, deprehensus fauce: hoc & effactor diceret, deprehensus parietem abnum: hoc mihi & leuo diceret, emens puellas ad prostitutionem: hoc & maleficus incantans mala, & vendens maline suam. Quicquid tale prohibere concernitur, responderent: nes, quia non haberent unde viverent, quia inde se pasceret quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia vitam nequitie delegerunt, vitæ vitam transigant: & inde volunt pascere, unde offendant eum à quo omnes pascunt.

2 In Psal. 119.
conc. 21. in medio.

Dicitur illis: *Nolite male agere, nolite fraudem facere:* dicunt: Unde me pascio? Non potest ars sine impostura: non potest negotium esse sine fraude. Sed fraudè puniit Deus. Time Deum. Sed si timero Deum, non habeo unde vivere.

3 Psal. 33.

Quid ergo est quod dicit: Timeat Dominum omnes sancti: quoniam nihil deest timentibus eum? Copiam promittit in pido & dubitanti, ne si forte timuerit Dominum, & deserat illum superflua. Pascēbat se Dominum contemnentem sed deseret te timentem se? Attende, & noli dicere: Ille dives est, ego pauper sum: ego timeo Dominum, ille nō timendo quantum acquisiuit & ego timendo nudus sum. Vide enim quæ sequitur: Divites egerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuuntur omni bono. Sed si ad literam accipias hoc, videtur te fallere. Respicias enim multos divites iniquos mori in divitiis suis, non factos fuisse pauperes cum vivunt: vides illos senescere, perducī ad ultimum vitæ: magnas copias divitiarum, celebrari eis pompam funeris: magnis effusionibus: perducī ad sepulchrum divitem, qui exspiravit in lectis eburneis, circumstante familia suorum: dicit in animo tuo, si forte nosti aliqua & peccata & scelera ipsius: Ego novi quanta fecerit iste homo: ecce senuit, monumentum est in lecto suo, deducunt illum sui, pompa tanti funeris celebratur: agnoui, quæ fecerit, decepit me scriptura, & testellus audio & cantor: Divites egerunt, & esurierunt. Quando ista inoposuit? quando esurivit? Inquirentes autem Domine

4 Psal. 33.

non minuētur omni bono. Quotidie ad basilicam surgo, quotidie genu flecto, quotidie inquirō Dominum, & nihil boni habeo: iste non inquisit Dominum, & inter tanta bona defunctus est. Sic cogitant suffocant laqueus scandali. Eam enim mortalem quærit in terra, & veram mercedem non querit in cælo: & mittit caput in laqueum Diaboli: constringuntur ei fauces, & tenet Diabolus ad malefaciendum: & sic imitatur illum divitem, quem videt in tanta copia defunctum. Noli ergo sic intelligere. Et quomodo intelligam? in bonis spiritalibus. Sed ubi sunt? Non videntur oculis, sed corde. Non video, inquis, ipsa bona. Videt illa, qui amat. Iustitiam non video. Non enim aurum est, non argentum est. Si aurum esset, videres: quia hiles est, non vides. Et si non vides fidem, quare amas serum fidelem? Interroga te ipsum, qualem serum diligis. Fortè habes serum formosum, statuosum, bene conpositum: sed furem, nequam, fraudulentum. Habes autem alium fortè parvum statura, deformem facie, colore tærum: sed fidelem, parvum, sobrium. Attende, rogo te, quem istorum duorum diligis? Si oculos carnis interroga: vicit apud te pulcher iniustus: si oculos cordis: vincit deformis fidelis. Ergo quod vis, ut exhibeat tibi alter, id est, fidem: exhibe illi & tu. *Noli fœnerari. noli quemquam fraudare. quantavis inopia labores, quamlibet indigens: noli errare.* Ferenda est enim magis omnis necessitas, quam perpetranda aliqua iniquitas. Tamè aliud est de necessitate peccare, aliud in abundantia. Pauper mendicus furtum facit, ex macie processit iniquitas. Divites abundans rebus tantis, quare diripit res alienas? ideo macro cum dicitis, Quare hoc fecisti? humiliter afflictus & abiectus responderet, Necessitas coëgit me. Quare non timuisti Deum? Egestas compulit. Dic diviti: Quare hæc facis, & non times Deum? (Sitamentantus es, qui possis dicere:) vide si vel dignatur audire. Iam enim præceptoribus & correptoribus suis inimicitis divites indicunt: & sunt inimici verum dicentibus; iam facti palpari verbis adulantium, aure molli, corde non sano. Quis dicit diviti, male fecisti rapiendo res alienas? Aut fortè, si aulus fuerit aliquis dicere, & talis est cui nō possit ille resistere, quid responderet? Totum in contemptu Dei loquitur. Quare? Quia superbus est, quia auarus est; & magna aurem præbet Diabolo suggerenti speciem lucri de manifestis vagina, quam Deo promittenti salutem de p̄ timoris & laboris disciplina. Quod

Vide in Psal. 123 in med. & in Psal. 16 conc. 1. post initium.

3 In Psal. 72 in medio.

quidem in ipsis diuitibus si bene aduertatur, non debet mirum videri: cum in omni genere humano plures alliciat auaritia quam peritina. Et in eis ipsis qui sunt artificiosi, raro inueniuntur homines, qui non habeant artem suam pecuniaria mercetē venalem: pluriſque vendantur ſemper propter quod aliquid in quā id quod propter illud fit. Vtque adeo autem hoc inoleuit malum, ut iam quaſi ex conſuetudine vendantur leges corrupantur iura, ſententia ipſa venalis fit, & nulla iam cauſa poſſit eſſe ſine cauſa. *Quare?* Quoniam nō ſufficit auaritia noſſe & amare aurum, niſi & habeat; neque noſſe & amare honores & imperia, niſi proueniāt. Quae tamē omnia nec ad ea ſufficiūt. Qui enim biberit ex hac, inquit Chriſtus, aqua, ſine iterū. Ideoq; & in psalmo: Concepit, inquit, dolorē, & peperit iniquitatem. Dolorē, vel laborem dicit cōcipit, cum ea concipiuntur, quae noſſe ac velle non ſufficit, & inardēſcit atque aegrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat & quaſi peritina ca: (vnde eleganter in Latina lingua parva dicuntur & reperta atque comperita: quae verba quaſi à partu dicta reſonant.) Quia concupiſcentia cum concepit, parit peccatum.

CAP. XIII.

*Chriſti ſententia explicatur; Cauete ab omni auaritia:
& exemplum diuitis ſulti adiungitur.*

1 D Auguſt.
Ser 65 inter
Impref. Louj.
eſt ſerm. 109.
de temp.
Luc. 12.
Vide ſerm 91.
inter diuerſ.
in editione
Plant. ni.

Præcepit autem nobis veritas, quæ nec fallit, nec fallitur. Audiamus, timeamus, caueamus. Quid ergo præcepit? Dico, inquit, vobis, abſtine ab omni auaritia. Quid eſt, Ab omni auaritia? Quid eſt, Ab omni? Quare addidit, Ab omni? Poſſet enim: & ſiſſicere; Cauete ab auaritia. Pertinuit ad eum addere, Ab omni, & diceret; Cauete ab omni auaritia. Quæ hoc dixerit. Velut occaſio ipſa, vnde natus eſt ſermo, apparet nobis in ſancto Euangelio. Interpellauit enim eum quidam contra fratrem ſuum, qui totum patrimonium abſtulerat, & fratris ſuo partem ſuam non reddebat. Quam bonam ergo cauſam habuerit iſte interpellator, aduertis. Non enim rapere quæret ab aliis; ſed ſua à parentibus ſibi relictā qua reſcit ipſe Domino interpellato & iudicæ te poſcebat. Habebat iniquum fratrem: ſed iuſtum iudicem inuenerat contra iniquum ſuam. Deberet ergo perdere in tam bona cauſa occaſionem iſtam? Aut quis diceret fratri eius; Redde partem ſuam fratri tuo,

tuo, ſi Chriſtus non diceret? Ille iudex hoc dicturus erat, quem furto frater ditior, & raptor, præmio corrupcebat? *1. for. 2.* Miſer ergo & paternis opibus deſtitutus, tali ac tanto iudice inuenito, accedit, interpellat, rogat, cauſam ſuam breuiſſimè exponit. Vt quid enim opus erat cauſam perorare, quando ei loquebatur, qui cor poterat & videre? Domine, inquit, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. Non ei dixit Dominus: Veniat frater tuus; ſed nec miſit vt addeſſet; aut cum aſuiſſet, interpellatori dixit: Proba, quod dicebas. Petebat dimidiam hæreditatem. Petebat in terra dimidiam & in celo Dominus offerrebat totam. Plus Dominus dabat, quam ille poſtulabat. Sed audiamus & iudicantem & docentem. Homo, *2. ibidem ſup.* ait homo. Qui enim pro magno habes iſtā hæreditatem, quid eſ niſi homo? Volebat illum facere iſtā plus quā eſt homo. Quid eum plus volebat facere? Dico vobis: Ego dixi, Dij eſtis, *Psalm. 82.* & filij altiſſimi omnes. Ecce quod eum volebat facere; inter deos numerare, qui auaritia non habet. Homo, quis me, inquit, conſtituit diuiſorem inter vos? Petiſti beneficium, audi conſilium. Ego dico vobis; Cauete ab omni cupidiſſate. Fortè, *Luc. 12.* inquit, tu auarus & cupidum diceres, ſi quaereret aliena: ego autem dico, cupidè & auarè nō apperas nec tua. Cauete, inquit. Quid? Vnde? Ab omni auaritia. Meum ſeruo, alienum non tollo. Non ſolum auarus eſt qui rapit aliena; ſed & ille auarus eſt, qui cupidè ſeruat ſua. Sed ſi ſic culpatur qui cupidè ſeruat ſua: quomodo damnatur, qui rapit aliena? Vide quid mali facias, non audiendo Chriſtum dicentem, Cauete ab omni auaritia. Ecce amas tua, non tollis aliena: de labore habes: de iuſtitia habes: hæres relictus eſt donauit tibi, quem promeriſti; nauigati, periclitatus eſt, fraudem non feciſti, mendacium non iuraſti, quod Deus voluit, acquiſiſti: & ſeruas cupidè tanquam in bona conſcientia, quia non habes de malo, & non quaeris aliena. Si non audieris illum, qui dixit, Cauete ab omni auaritia: audi quanta mala facturus es propter tua. Ecce contigit, verbi gratia, vt fieres iudex. Non corrupperis, quia non quaeris aliena: nemo tibi dat præmium, & dicit: Iudica contra aduerſarium meum. Abſit homo, qui nō quaeris aliena. Quando tibi hoc perſuaderi poteſt? Vide quid mali facturus ſis propter tua. Ille qui vult vt malè iudices, & pro ipſo ſeras ſententiam contra aduerſarium ipſius, fortè potens homo eſt, & poteſt tibi calumniari facere, vt perdas tua. Attendis potentiam

ipſius, cogitas illum, cogitas tua, quæ ſeruas, quæ amas: ne quæ poſſediſti, ſed quibus malè in hæſiſti. Attendis viſcerum, propter quod liberaſ virtutis non habes pennas: & eiſ apud teipſum, Offendo hominem iſtum: multum poſtea tempus, ſuggerit de me mala, & proſcribor, & perdo que habeo. Iudicaturus eſ malè, non cum queris aliena, ſed de quibus ſeruas tua. Ex hæc ergo occasione, quia interpellator iſtæ partem ſuam quærebat, non alienam inuadere cupiebat: non eſt iſta ſententia Domini, vt non diceret: Cauete ab auaritia ſed adderet, Ab omni auaritia. Parum fuit: dat alterum exemplum de quodam diuite, qui ſucceſſerat regio. Quid eſt, ſi ceſſerat? Magnos fructus attulerat regio, quam poſſidebat. Quam magnos fructus? vt non inueniret vbi poneret: ſed eſt ei ſubitò per abundantiam anguſtus, anarus antiquus. Quam enim anni iam tranſierant, & tamen horrea illa ſuffecerat. Tantam ergo natum eſt, vt loca non ſufficerent quæ ſolèbar & quærebat conſilium miſer, non quomodo erogaret que plus natum erat, ſed quomodo reſeruaret. Et cogitando inuenit conſilium. Deſtruam, inquit, horrea vetera, & faciam ne ampliora, & implebo ea: & dicam animæ meæ: Anima, hæc multa bona in annos plurimos reposita, requieſce, manducate, bibite, epulare. Hoc dixit ſapient inuencor conſilij, animæ ſe. Et Deus ad illum, qui nec cum ſtultis loqui deſignatur: Stulte, inquit, ſtulte, quid tibi ſapient videtis? Hodie repetitur te anima tua, cui dixiſti: Habes multa bona: hodie repetitur & nullum habet bonum. Contemnat hæc bona, & ſit iſta bona, vt, quando repetitur, exeat ſecura. Quid enim eſt iſtius quibus illo homine, qui multa bona vult habere, & bonus eſt ipſe non vult? Indignus eſ, qui habetas, qui non vis eſſe que vis habere. Nunquid enim vis habere villam malam? Ne vitique, ſed bonam. Nunquid vxorem malam? Non, ſed bonam. Nunquid denique caſulam malam? nunquid vel caſulam malam? Quare animam ſolam malam? Non hic dicit ſtulto huic vana cogitanti, horrea ædificanti, & ventres perperum non vident: non illi ait, Hodie anima tua rapietur gehennam: nihil horum dixit: ſed, Repetitur a te: tam quam diceret: Propterea repetitur, quia ipſa bona non eſt, & tam multa bona præparatiſ.

quibus ſupra.

Luc. 12.

CAP. XV.

Exemplum diuitis purpurati proponitur, qui non quia aliena rapuit, ſed quia ſibi ſeruaui, damnatus eſt.

Nunquid quæ ſunt diues aliena quærebat: Fructus ſuos colligere diſponebat; vbi poneret, conſulebat: non de cuiuſquam vicini agris, non limite perturbato, non ſpoliato paupere, non circumuento ſimplice: ſed tantummodo de ſuis colligendis cogitabat. Cum ergo ſe prudentiſſimum conſilium inueniſſe arbitraretur, de apothecis veteribus anguſtiſ deiciendis, & amplioribus nouis ædificandis, & omnibus ſuis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiſcendis atque rapiendis; ait illi Deus, Stulte, vbi tibi ſapiens videris, ibi ſtulte. Stulte, inquit, hæc nocte repetit a te animam tuam; hæc, quæ præparatiſ, cuius erunt? Si ſeruaueris, tua non erunt: ſi erogaueris, tua erunt. Quid inquit, reponis quod relicturus eſ? Ecce increpatus eſ ſtultus malè recondens. Si ſtultus eſt qui recondit ſua: tu inueni nomen ei qui tollit aliena. Si ſordidus eſt reconditor ſuorum, vlceroſus eſt raptor alienorum. Sed non qualis ille vlceroſus, qui iacebat ante ianuam diuitis, & cuius canes lingebant vlcera. Ille enim vlceroſus erat in corpore, non raptor in corde. Fortaſſi aliquis reſpondeat, & dicat: Non valde magna poena erat illi homini, cui dixit Deus, ſtulte. Non ſic dicit Deus, ſtulte, quomodo homo dicit. Tale enim in quenquam Dei verbum, iudicium eſt. Nunquid enim Deus ſtultis daturus eſt regnum caelorum? Quibus autem non eſt daturus regnum caelorum, quid eis reſtat, niſi poena gehennarum? Conucere hoc videmus: apertè hoc manifeſte que videamus. Nam & ille diues, ante cuius ianuam iacebat pauperiſſimus vlceroſus, non eſt dictus raptor rerum alienarum. Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura & byſſo. Diues, inquit, erat. Non dixit, calumniator: non dixit, pauperum oppreſſor: non dixit, rerum alienarum aut delator aut receptor: nõ dixit, pupillorum expoliator: non dixit, viduarum perſecutor. Nihil horum: ſed, Erat quidam diues. Quid magnum eſt? Diues erat, de ſuo diues erat. Cui aliquid tulerat: Quod ergo eius crimen, niſi iacens ante ianuam vlceroſus, & non adiuuus? Hoc enim apertè de illo dictum eſt, quod immiſericors erat. Nunquid enim ſi pauper ille ante ianuam iacens, ſufficientè paucè a diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat ſaturari de micis

1 D. Auguſt.
Serm. 19 de
verbis Apoſt.

Luc. 16.

Nota. quæ cadebant de mensa diuitis? Propter hanc solam inhumanitatem, qua contemnebat pauperem, ante ianuam suam nitentem, nec congruè digneque pascēbar, mortuus est, & sepultus. Et cum apud inferos in tormētis esset, leuauit oculos suos, vidit pauperem in sinu Abrahæ. Et quid pluribus immortē? Desiderauit guttam, qui nō dedit micam. Nōne accepit iustam sententiam, qui nō dedit propter crudelem auaritiam? Si hæc erga pœna est auarorum, quæ pœna raptorum? Sed mihi raptor rerum alienarum: Ego similis illius diuitis nesci sum: Agapen facio, inclusis in carcere victum mitto, nudis vestio, peregrinos suscipio. Dare te putas, tollere noli, & desisti. Cui dederis, gaudet: cui abstuleris, plorat. Quem duorum istorum exaudirius est Dominus? Dicis ei cui dederis: Gratiarum age, quia accepisti: sed alter tibi ex alia parte dicit: Ego gemit, cui abstulisti. Et pœnā totum tulisti, & exiguum illi dedisti. Si ergo quod alteri abstulisti, egētibz dedisses, nec talia operā diligit Deus. Dicit tibi Deus: Stulte, iusti vt daret, sed nōne alieno. Si habes, da de tuo. Si non habes quod des de tuo; melius nulli dabis, quā altero spoliabis. Dicitur est Dominus Christus, cum in iudicio suo sederit, & alios ad dexteram, alios ad sinistram separauerit, bene operantibus: Venite benedicti patris mei, percipite regnum: Esuriui, & dedistis mihi manducare. Attende etiam quid sinistris dicitur est: Ite in ignem æternum. Quare? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: nudus fui, & non vestistis me. Si ergo in ignem æternum ibit, cui dicitur est Christus: Nudus fui, & non vestisti me: quem locum habebit in igne æterno, cui dicitur est: Vestitus fui, & spoliasti me? Hic fortasse vt euadas hanc vocem, ne tibi dicat Christus, Vestitus fui & spoliasti me; murata consuetudine, cogitas spoliare paganos, & vestire Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, imò nunc respondet tibi perferam suum qualemcunq; manserit suum: Et iam hic parce damnis meis. Cum enim tu, qui Christianus es, spoliās paganos, impedis fieri Christianū. Etia & hic fortasse respondebis adhuc: Ego non odio parātingero, sed dilectione potius disciplinā. Ideo spolio paganos, vt per hanc alperam ac salubrem disciplinam faciam Christianum. Audiēti & crederem, si quod abstulisti pagano, redderes in factō Christiano. Fertē & hoc secum cogitat aliquis, & dicit: Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habeo peccatum, si illis abstulero, &

pauperibus dedit. Vnde enim illi nihil boni faciunt, mercedē habere potero, si ego elemosynas dedito. Etiam in hac re parcat vnusquisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli caliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat quod abstulerit, addit potius peccata, quā minuat.

CAP. XVI.

Auari malè intelligunt hanc scripturam: Nemo quod suum est quarat: sed quod alterius.

Diximus iam multa contra vnū vitium rapinarum quo res humana vsquequaquæ vastantur. Diximus: sed necdum ista quæ dicta sunt, sufficiunt: quia nec etiam ipsi rapacibus & auaris, quantacumque habuerint, quomodo libet acquisita sufficere possunt. Ergo aduersus hoc vitium amplius dimittendum est: & imprimis eisdem telis confodiendum, quibus ab auaris muniri posse videtur. Nam & quandam scripturam, dum non bene eam intelligunt, sibi in hoc vitio patrocinari arbitrantur. Sed quomodo miser fallantur, iam pauca aperientur est,

In lauce enim charitatis ex Apostolo audiuius, Charitas non querit quæ sua sunt. Non querit quæ sua sunt: quoniam donat quæ possidet. Alio loco periculosius dictum est, si non intellexeris. Secundum enim ipsam charitatem percipiens Apostolus fidelibus membris Christi, ait: Nemo quod suum est quarat, sed quod alterius est. Auaritia namque hoc audio, fraudes parat, vt in negotio quasi alienum quærens, aliquem circumueniat; & querat non suum, sed alienum. Compescat se auaritia: procedat iustitia. Audiamus, intelligamus. Charitati dictum est: Nemo quod suum est quarat: sed quod alterius. Verum tu auare, si resistas, & magis ad hoc præceptum redigis, vt alienum concupiscas; perde tuum. Sed quomodo te noui, habere vis & tuum & alienum. Fraudem facis, vt hab eas alienum: furtum patere, vt perdas tuum. Non vis querere tuum, sed tollis alienum. Quod si facis, non facis bene: furtum enim facis. Audi, o auare, auisculta. Apostolus tibi eodem loco apertius exponit hoc quod dixit: Nemo quod suum est quarat, sed quod alterius. Ait quippe de scipso: Ego autem non querens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Qui æternam salutem fidelibus quærebat, suaderet fraudem? quibus optabat calum, suggereret furtum? Quod

Matth. 25.

1 Hom. 7. intere 50. desumpta ex ferm. 19. de verb. Apostol.

1 D. August. Serm. 95. inter diuersos ex edit. Plant. 1 Cor. 13. 1 Cor. 10.

Ibidem.

2 Tom. 10. ex fragmento Sermon. de Decalog. quem citat Eugyp. Pius in edit. Plantini.

2 Quod per furtum, contra hoc preceptum, subducis pro mo, de celo perdis. Nemo enim habet iniustum lucrum, iusto damno. Verbi gratia, Qui furatur, acquirit vestem caelesti iudicio amittit fidem. Vbi lucrum, ibi damnum: ubi biliter lucrum, inuisibiliter damnum. Non ergo fraudem, sed homo, non rapinam, non auaritiam commendat scriptura: quia à te ipsa charitas exigit, tibi veritas ostendit: & proprie in Apostolo quod imitaris, ut Dei preceptum perficias.

Voluisse: secundum illud quod scripsum est: Omnia quæ volueris, ut faciant vobis homines, & vos faciatis illis similiter. Si quispiam, verbi gratia, inueniat in via alienum sacculum solidorum, debet reddere. Sed nescit cui. Se excusat ignorantia, si non dominetur auaritia. Dicam quid fecerit homo quidam pauperimus, eo tempore quo Sanctus Ambrosius Mediolani erat episcopus, vbi tunc præsens erat etiam Augustinus nondum episcopus. Tã pauper erat ille, de quo loquimur, vt scholasticus esset grammatici; sed planè verus & perfectus Christianus. Sed melior fuit ille qui ad velum stabat, quàm ille qui in cathedra sedebat. Pauper ergo iste inuenit sacculum ducentorum solidorum: memor tamen diuinæ legis, de qua iam diximus, proposuit pitacium publicè. Qui solidos perdidit, veniat ad illum locum, vt quærat illum hominem. Ille, qui plangens circumquaque vagabatur, inuenit & lecto pitacio, venit ad hominem. Et ne forte alienum quæreret, sed suum; quæsiuit signa, interrogauit sacculi qualitatem, solidorum etiam numerum. Cum omnia fideliter etiam ille respondisset, reddidit quod inuenit: obtulit illi solidos viginti. Noluit accipere. Obtulit decem, noluit recipere. Saltem rogauit, vt vel quinque reciperet. Noluit. Ille stomachans proiecit sacculum. Nilh perdidit, ait. Si non vis à me aliquid recipere, nec ego aliquid perdidit. Quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus. Theatrum mundus, ipse clarior Deus. Victus ille, quod offerebatur accepit; & continuo totum pauper pauperibus erogauit, vnũ solidum in domum suã non misit. Considerate Christiani, tam gloriosum exemplum, & tam admirabile factum. Facite hoc. Nolite putare vos damnum pati, si quod à vobis inuentum fuerit, reddideritis. Credite, quia magnum lucrum est, si feceritis quod suggero. Fortè aliquis veniens, in domo sua perdidit solidos. Terra communis est, in vna domo estis in hoc mundo; ambo viatores estis huius vitæ. Vnum stabulum intrastis. Poiuit ille, oblitus est; vel cecidit ab illo. Inuenisti, qui in lege audisti intentionem esse reddendam. 4 Quis inuenisti? Christianus. Quis inuenisti? Qui legem audisti. Qui cum audires multa, laudasti; tu inuenisti. Si ergo veraciter laudasti, redde quod inuenisti. Si ergo non reddidisti quod inuenisti; quando laudasti, testimonium contra te dixisti. Nam quod inuenisti, & non reddidisti; rapuisti. Quantum potuisti, fecisti; quia plus non potuisti, ideo plus nõ fecisti. Qui aliquid negat; si possit,

Math. 7. Loquitur de seipso Augustinus. tantamquam de altero.

CAP. XVII.

Aliena non sunt rapienda; quod illustri exemplo declaratur.

1 D. August. Sermon. 116. de Tempore, ante finem.

1 Sed fortè inde factus es pauperimus & egentissimus: quia nescio quid habebas paternum quod te sustentat, & calumnia aliqua competitoris abstulit. Gemis hinc, aut tempora acceulas. Quod gemis, si possis, non facis? An non demus, an non quotidianis exemplis plena sunt omnia: Et quispiam gemebat, quia perdebat sua: hodie peregrinus ad mare, rapit aliena: si non re, saltem cupiditate. 2 Alius potens, & rapit; tu in manu raptoris gemis: quia rapere non potes, si non facis. habeto facultatem, & ibi laudabo domitam cupiditatem. Beatum sancta Scriptura dicit, qui post aurum abiit; qui potuit transgredi, & nõ est transgressus; qui facere potuit, & non fecit. Tu autem dicis; Nunquam negaui alienam. Quia fortè nemo tibi commendauit, aut fortè commendauit, sed sub testibus commendauit. Dic mihi, reddidisti quando à solo solus accepisti, vbi Deus inter vos fuerat: tunc reddidisti: si mortuo eo qui commendauit, nescio filio reddidisti, tunc te laudabo, quia post aurum non istis potuisti transgredi, & non es transgressus; quia potuisti mifacere, & non fecisti. Si fortè alienum sacculum solidorum vbi nemo te vidit in via, inuenisti, & sine vlla mora, ei, cui fuerat reddidisti. 3 Ecce hoc: quod propono, in eo te examina in eo te appende. in eo ascende ad mensuram tribunal, & confute te ante te, & iudica te. Et si te pravũ inuenieris, corrige te. Considera quod propono. Deus dicit in lege sua, intentionem esse reddendam. Deus in lege tua dicit, quam priori populo dedit, pro quibus Christus nondum erat mortuus: vt quæque rem cuiuscunque inuenierit, tanquam alienam cito restituat: quia sine dubio, & si ipse perdidisset, hoc tibi ab alio se voluisse

2 D. August. Sermon. 19. de verb. Apostoli

Ecccl. 31.

3 Hom. 9. inter quæ est, quæ est confuta &c. Sermon. 19. de verbis Apostoli.

Leuiticus 6.

4 D. August. Sermon. 19. de verbis Apostoli.

Nota.

si posses, & tolleret. Quod non tollis, timor prohibet: si bonum facis, sed malum metuis. Quid est magnum, timor malum? Magnum est, non facere malum? Magnum est, timere bonum. Nam & latro timet calum, & ubi non potest, facit: & tamē latro est. Deus enim cor interrogat, non manus. Lupus venit ad ouile ouium, quærit inuadere, quærit inlære, quærit deuorare. Vigilant pastores, latrant canes; & potest, non aufert, non occidit: sed tamen lupus venit, latro redit. Nunquid quia ouem non tulit, ideo lupus venit, & redit? Lupus venit tremens, lupus redit tremens: lupus est timor & frēmēs & tremens. Interroga ergo te, & vide, si tibi facis malū; quādo potes facere, & ab homine non puniri. Time Deū, quando nemo est tibi, nisi tu, & ille, cui facis malū; & Deus, qui ambos videt. Parum autem est si dico, tibi facis malum. In ōi tibi ama bonum. Nam etiā si timore gehennæ facis malum, nondum es perfectus: audeo dicere, si timore gehennæ non facis malum; est quidem in te fides, quia crediturum Deū esse iudicium: gaudeo fidei tuæ, sed adhuc timor malitiae tuæ. Quid est, quod dixi? Quia si timore gehennæ non facis malum; non amore iustitiæ facis bonum. Aliud timere peccatam: aliud est amare iustitiam.

CAP. XVIII.

Bonus bene vititur auro, malus malè.

Quemadmodum ergo hi, qui ad malum alicui inferendum aut ad illatum sibi vindicandum, potentes videntur fieri, laudantur, quando minus faciunt quam possunt: sic sum laudauit scriptura, qui potuit transgredi, & non est transgressus, qui post aurum non abiit. *Hocine audis, Christiane?* Post te debet ire aurum, non tu post aurum. Nam bonum aurum. Non enim aliquid mali creauit Deus. Tu nolite malus, & bonum erit aurum. Ecce pono aurum, inter hominem bonum & malum. Tollat malus: inopes opprimuntur, iudices corumpuntur, leges peruertuntur, res humanae perturbantur. Quare? Quia aurum tulit malus. Tollat bonus pauperes pascuntur, nudi vestiuntur, oppressi liberantur, captiui redimuntur. Quanta bona de auro quod habet bonus quanta mala de auro quod habet malus? Vt quid ergo dicit aliquando stomachatus? O si non esset ipsum aurum. Tu non amare aurum. Si malus es, is post aurum: si bonus es, is post

Quid est, is post te? Tu ducis, non ducis: quia possides, non possideris. Non faciunt bonos mores, nisi amores boni. Tollatur aurum de rebus humanis: imò adfit aurum, vt probet res humanas. Præcidatur lingua humana propter Dei blasphematores: & vnde erūt Dei laudatores? Quid tibi fecit lingua? Sit qui bene canet; bonum est organum. Da mentem bonam ad linguam: bona dicuntur, discordes concordantur, lugētes consolantur, luxuriosi corripuntur, iracundi refrenantur, Deus laudatur, Christus commendatur, mens ad amorem inflammatur, sed diuinum, non humanum; spiritalem, non carnalem. Hæc bona facit lingua. Quare? Quia bona est mens, quæ vitur lingua. Da malum hominem ad linguam: erunt blasphematores, litigatores, calumniatores, delatores. Omnia mala de lingua, quia malus est qui vitur lingua.

CAP. XIX.

Quadam bona solum in bonis sunt: quadam bonis & malis communia.

Quapropter non tollantur res de rebus humanis: sunt res, & adfit vsus rerum bonarum. Alia enim sunt bona quæ non sunt nisi in bonis: & alia sunt bona quæ sunt communia bonis & malis. Bona quæ non sunt nisi in bonis, pietas, fides, iustitia, prudentia, modestia, charitas, & cætera huiusmodi. Bona quæ sunt communia bonis & malis, pecunia, honor, huius sæculi potestas, administratio aliqua, salus ipsa corporis. Et hæc bona sunt, sed bonos quærunt. Iam hic murmuratur. Reprehensor & argumentator mox mihi obiecturus est: Et quare Deus, qui omnia gubernat, bona ista dat malis? Non illa daret nisi bonis. Expectas à me audire consilium Dei? Audi. Quod ista bona dat Deus & malis, si vis intelligere, eruditio tua est, non aduersitas Dei. Hinc est quod surrepsit quibusdam lethalis impietas, vt animo credant, Deum non aspicere res humanas. Dicunt enim & disputant: Nunquid si Deus res humanas attenderet, haberet ille diuitias, haberet ille honores, haberet ille potestatem? Non curat Deus res humanas. Nam sicuraret, ista solis bonis daret. Redi ad cor, & inde ad Deum. De proximo enim redis ad Deum, si redieris ad cor tuum. Nam quando te offenderunt ista, exiisti & à te. Exul factus es & pectoris tui. Moueris rebus quæ sunt foris à te, & perdis te. Tu iustus es; ista foris adiacent. Foris bona sunt, sed foris

† ibidem immediate.

1 D. August.
Serm. 5. de
S. Cæp. qui
est de diuers.
315.
Eccl. 31.

foris sunt. Aurum, argentum, omnis pecunia, vestes, clientelae, familiae, pecora, honores, foris sunt. Si ista bona in ista, & terrena, bona temporalia, bona transitoria non donare malis, crederentur bona esse à bonis. Ergo Deus, qui dat ista bona, te docet concupiscere meliora. Ecce dico: Ista meratione rerum humanarum quodammodo te alloquitur Deus pater tuus; & quasi puerum desipientem docet his veni quae, sicut possum, profero ad te tanto fidentius, quanto magis ille dignatur manere in me. Constitue tibi dicere Deum: retinere non auit, qui te adoptauit: ô fili, quid est, quod quae surgis, & oras, & genu figis, & fronte terram percussis, & quando etiam lachrymans, & dicis mihi; Pater meus, & meus, da mihi diuitias? Si dem tibi aliquid boni, tunc te magis aliquid adeptum. Quia petisti, accepisti: fac bene. Antequam haberes, humilis eras; habere diuitias petisti, & pauperes contempsisti. Quale bonum est unde factus es? Peior factus es, quia malus eras; & quid te peior posse facere, nesciebas. Ideo hæc à me petebas. Dedit tibi bavi; inuenisti, & inuenisti. Lascias quando non habes. Corrige, enime cupiditatem, bibe charitatem. Quis magnum quod à me petis? Dicit tibi Deus tuus: Nonne quibus ea dederim? non vides qualibus ea dederim? magnum bonum esset quod à me petis, haberet hoc: haberet hoc perfidus, haberet hoc blasphemator meus, haberet hoc infamis, haberet meretrix impudica? Hi omnes habent, si magnum bonum esset aurum? Sed dicit tibi: Nonne ergo bonum aurum. Imò bonum est aurum, (ait enim prophetam Deus, Meum est aurum. & meum est argentum): mala faciunt de bono auro mali: bona faciunt de bono aurum. Et vis videre, quam iusti iudicis res est aurum & argentum? Auarus vende torquetur, inde misericors adiutor rem suam diuina distribuit iustitia, & rectè facta indemonstrantur; & peccata inde puniuntur. Nunquid non aurum & argentum, arque omnis terrena possessio, & exercitatio manitatis est, & supplicii cupiditatis? Cum talia Deus non hominibus tribuit, ostendit in eis, quanta contemnat animi: cuius diuitiæ sunt ipse Deus qui tribuit. Non enim peccatus est. Nam & qui non habent, possunt in a contemnit sed vtrum fingant, an verè contemnant, Deus videt, qui cec-

inspector est: hominibus autem, vt imitari possint, cogitatio contemnentis non nisi in manibus erogantis inspicitur. Cum autem maioribus hominibus Deus ista concedit, ostendit in eis quomodo: & in ipsis bonis quæ Deus largitur, crucietur animus, cui viluit qui tanta largitur. Bonis autè administrat occasiones beneficiorum, malos autè torquet timore damnorum. Et ideo si amittant vtrique aurum & argentum: isti caelestis diuitias leto corde retinebunt; illis autè & bonis temporalibus inanis domus, & bonis æternis in auro conscientia remanebit. Illius est ergo aurum & argentum, qui nouit vt auro & argento. Nam etiam inter ipsos homines tunc quisque habere aliquid dignus est, quando bene vitur: nam quod iuste non tractat, iure non tenet. Quod autè iure non tenet, si suum esse dixerit, non erit vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas. Quapropter si homo non importunè dicit aliquid suum, non quod iniqua & stulta cupiditate occupauerit, sed quod prudentissima potestate, & moderatione iustissimo tractauerit: quanto magis Deus verè ac perfectè suum esse dicit aurum & argentum, quod & largiissimè bonitate condidit, & iustissimo administrat imperio: vt sine ipsius nutu arque dominatu, nec mali ad auaritiæ supplicium, nec boni ad vnam misericordiam possint habere aurum & argentum? Quod tamen instituit vt sit, & vt alteri addit, alteri detrahit; distribuere atque ordinare non possunt. Si autem solis bonis in potestate daretur aurum & argentum, rectè putaretur magnum aliquid bonum. Rursum, si solis malis deesset, videretur magna poena paupertas. Si autè solis bonis deesset, videretur summa beatitudo paupertas. Nunc verò si sic vis aurum posse bene haberi, habent & boni: non eos per aurum bonos esse, habent & mali. Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum & administrator Deus, vt ipsi per se natura & genere suo bonum sit, quamuis non summum & magnum bonum: copia verò eius non extollat bonos, nec lædat inopia: malos autè & cum auferret crucietur. Ac per hoc malis malum est aurum & argentum, & bonis bonum: non quia eos bonos aurum & argentum facit, sed quia bonos inuenit, in vsum bonum conuertitur.

Aggxi. i.

1 D. August. Hom. 30. int. quingoa est Sermon. 15. inter diuers. in edit. plācini.

1 D. August. Sermon. 12. de verb. Apostoli in medio.

*Duplex est bonum: alterum facit hominem bonum: de-
tero homo facit bonum, dum illud leuat in calum.*

1 D. August.
Serm. 5. de
verbis Dom.
in initio.

Bonæ sunt ergo ipsæ diuitiæ, in quibus homines er-
luantur, & pares suos homines alios non agnoscunt,
quous, inquam, homines extolluntur, magis amantes vel
fulgentem, quam cogitantes communem cutem. Ipsæ di-
bitæ sunt, sed à bonis & malis haberi possunt. Et cum be-
sint, bonos tamen facere non possunt. Est ergo bonum
faciat bonum: & est bonum vnde facias bonum. Bonum
facit bonum, Deus est. Non enim facit hominem bonum,
nisi ille qui semper bonus est. Ergo vt sis bonus. *Deum*
Deum inuoca. Aliud autem bonum est, vnde facias bonum
est, quicquid habueris. Aurum est, argentum est; bonum
non quod facit bonum, sed vnde facias bonum. H.
aurum, habes argentum: & concupiscis aurum, & concup-
argens. Et habes, & concupiscis: & plenus es, &
morbus est, non opulentia. Sunt homines in morbo; huc
te pleni sunt, & semper sitiunt. Quomodo ergo delectas
lentiam, qui habes hydropem conscientiam? habes ergo
rum, bonum est; habes non vnde sis bonus, sed vnde
bonum. Quod bonum, inquis, facturus sum de auro? N.
audisti psalmum: Disperit, dedit pauperibus: iustitia
manet in sæculum sæculi? Hoc est bonum: hoc est bonum
vnde sis iustitia bonus, si habes bonum vnde sis bonus. H.
pecuniam, eroga: erogando pecuniam, auges iustitiam. V.
quid minatur, & quid augetur. Minuitur pecunia, augetur
iustitia. Illud minuitur quod eras dimissurus; illud minuitur
quod eras relicturus; illud augetur quod in æternum es pos-
surus. Consilium do lucrorum: disce mercari. Laudas er-
mercatores qui vendit plumbum, & acquirit aurum: & er-
laudas mercatores qui erogant pecuniam, & acquirit ius-
tiam? Sed ego, inquis, non erogo pecuniam, quia non habeo
iustitiam: erogat pecuniam, qui habet iustitiam. Ego
habeo iustitiam; habeam vel pecuniam. Ergo quia non habeo
iustitiam, ideo non vis erogare pecuniam. Magis eroga-
cuniam, vt habeas iustitiam. A quo enim habebis iustitiam
nisi à Deo fonte iustitiæ? ² Quid ergo ego amplius dicat

Psalm. 111.

☞

2 D. August.
Serm. 50 de
temp. in med.

Nam me Evangelium hac cura liberauit. Non ego nunc lego,
sed lecta recolo. Consilium quaeris in causa tua deficiens, vide
quid dicat fons iustitiæ, fons recti consilij, fons, vnde quicquid
imples, venenum non times. *Quid dicit?* Nolite vobis con-
dere thesauros in terra, vbi tinea & comeftura exterminat: &
vbi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate vobis thesau-
ros in cælo, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit. Vbi
enim est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. *Quid expectas
amplius?* Res aperta est. Consilium patet, sed cupiditas lateret:
imò non lateret; sed etiam ipsa, quod cessat est, patet. Non
enim cessat rapina grassari: non enim cessat fraudare auaritia:
non enim cessat perire malitia. Totum vt quid? Vt thesau-
rizeretur. Et vbi ponatur? In terra. Rectè quidem à terra in ter-
ram. Homini enim dictum est peccanti: Terra es, & in terram
ibis. Meritò thesaurus in terra, quia cor in terra. Vbi est ergo
quod habemus ad Deum? Dole qui intellexisti: corrigere si
dolueris. Quamdiu vis laudare, & non facere? Verum est, nihil
verius. Fiat ergo quod verum est: & noli tibi condere thesau-
rum in terra, siue expertus quomodo pereat quod in terra re-
conditur; siue non expertus, sed ex alteris metuens experiri.
Quem non corrigunt verba, corrigant experimenta. Non
surgitur, non proceditur, nisi vna voce dicatur ab omnibus: Væ
nobis, ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si tibi archi-
rectus diceret rurturam domum tuam; nõne prius mi-
grares quam murmurares? Structor mundi tibi dicit ruitur-
rum mundum; & non credis? Audi vocem pradicentis: Et
cælum & terra transibunt. Vox commonentis est: Nolite
vobis condere thesaurum in terra. Ergo si credis pradicenti,
si non contemnitis commonentem, fiat quod dicit. Non
enim ille re fallit, qui tale consilium dedit. Non perdes quod
dedisti, sed sequeris quod misisti. Consilium ergo do: Da
pauperibus; & habebis thesaurum in cælo. Non sine thesau-
ro manebis: sed quod habes in terra sollicitus, habebis in
cælo securus. Consilium do seruandi, non perdendi. Ha-
bebis, inquit, thesaurum in cælo, & veni sequere me, vt
ducam te ad thesaurum tuum. Non est hoc dispendium, sed
compendium. Cur silent homines? Audiant vel experti,
quod timeant: faciant vnde non timeant, *exonerati* migrent
in cælum.

Matth. 6.

Genes. 3.

Luc. 13.

Matth. 13.

Aliud iubet avaritia, aliud pigritia, aliud Christum

¶ D. August.
Serm. 22. de
verbis Apoll.
ante mecum.

Quid ergo amplius expectas, o avarice, amplectentium, & catenis cupiditatis alligans malam famam sub numeros tuos? Quid expectas: quid laboras: quid quid concupiscis? Nempe satiare avaritiam. O vota inanis facta nequissima. Expectas ergo satiare avaritiam. Illud tibi est premere: tu illum non potes satiare. An forte non est tibi? Vtique adeo sub hac sarcina sensum etiam perdidisti: est gratis avaritia? Quare ergo te de somno excitat, etiam aliquando dormire non sinit? Et fortasse habes alterum onus pigritiae: & ista duo nequissima onera, seque pugnantia premunt te, & dilanant te. Non enim imperant; non enim similia iubent. Pigritia dicit: Avaritia dicit: Surge. Pigritia dicit: noli pati frigida avaritia dicit: toiera in mari etiam tempestat. Illa quiescit: illa non sinit quiescere: iubet non solum, proci & nauiga trans mare, quare terras quas ignoras; mercedem deportandæ sunt: non noli linguam Indorum, & intelligibilis videtur sermo avarorum. Venies ignotus ad terram: das, accipis, emis, portas, periculis tuis venisti, cum per redis, exclamas in mari exagitatus tempestat; Deus liber Non audis respondentem, Quare? Misi te: Avaritia tibi ut acquireret quod non habebas: ego tibi iussi vt sine ante ostium tuum pauperi dares quod habebas. Illa te admittit ad reportandum aurum: ego tibi ante ostium Christi posui, a quo emeres regnum caelorum. Laboras in iustione tua, in iustione mea non laboras. Ambo iussimus, non a me: tu obaudisti, liberet te. *Itaque avarus qui Christi non dicit perasui precepto, ad am illi bene fuit; nec Christi liberabitur, cum periculum aduenit, ut vel ipse percat, vel sua per qua habet. Et licet solo amore perfici possit quod Christus precepit: non autem acquiri sine magno labore quod avaritia precepit: perique tamen omnes huic idolorum seruituti se libenter subdant, quam Dei. Et ideo hoc etiam magis diligere ab ipso iubetur, cuius adipiscendi gratia amplius atque feruentius laboratur.* ¶ Homo, qui laboras amando avaritiam, labore amatur quod amas: sine labore amatur Deus. Avaritia iustura est laboris, pericula, tristitia, tribulationes; &

temperatus es. Quo fine? Ut habes quo impleas arcam, & perdas securitatem. Securior forte eras antequam haberes, quam cum habere coepisti. Implesti domum, timentur latrones; acquisisti aurum, & perdidisti somnum. Ecce quid tibi iussit avaritia: Fac, & fecisti. Quid tibi iubet Deus? Dilige me. Aurum diligis: quaeritur es aurum, & forte non inuenturus. Quisquis me quaerit, cum illo sum. *Possit ergo et illud avaro homini dici: Si Deum tuum diligeres, odisses avaritiam.* ¶ Non est dignus enim Christus, cum quo simul diligas avaritiam. Amas illum, debes odire quod odit. Homo est inimicus tuus, hoc est quod tu: creati estis ab vno creatore in vna conditione: & tamen si filius tuus loquatur cum inimico tuo, & veniat ad domum inimici tui, & assiduas colloquutiones habeat cum illo, exheredare illum vis, quia loquitur cum inimico tuo. Et quomodo? Quia iustam vocem videris tibi habere: Amicus es inimici mei, & quaeris aliquid de re mea. Ergo attende. Diligis Christum: inimica Christi est avaritia. Quare cum ea loqueris? Non dico loqueris cum illa, quare illi seruis? Nam multa iubet Christus, & non facis: iubet ipsa, & facis. Iubet Christus vt vestias pauperem, & non facis; iubet ipsa avaritia vt facias fraudem, & hoc potius facis. Si haec ita sunt, si talis es, noli tibi multum promittere hereditatem Christi, quia cum avaritia non consistit hereditas Christi. ¶ Contradicit enim Christus avaritia, & vult nihil possideri ab avaritia. Ego possideam, clamat. Quid vis ab avaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo. Onus eius graue, sarcina mea leuis est. Iugum eius asperum est, iugum meum leue est. Noli velle ab avaritia possideri. Iubet avaritia vt mare transfeas, & obtemperas; iubet vt te venis procellisque committas: iubeo ego vt ante ostium tuum ex eo quod habes, des pauperi. Piger es ad faciendum ante te opus bonum, vt acquiras vitam aeternam: & strenuus es ad transiendum mare, vt corradas tibi pecuniam. Quia avaritia imperat, seruis: quia Deus iubet, odisti. ¶ Ecce hoc dicit tibi ipsa sapientia, Ama me tanquam pecuniam. Indignum est, iniuriosum est, vt sapientia pecuniae comparetur: sed amor amoris comparatur. Video enim, inquit, hic vos avaros amare pecuniam, vt iubente amore pecuniae, labores suscipiatis, ieiunia toleretis, mare transfeatis, ventis & fluctibus vos committatis. Habeo vnde eligam quod ametis; sed non habeo quod

¶ In Psal. 96.
vltia mediũ.

¶ In Psal. 128.
post princip.
Matth. 23.

¶ Tom. 9. lib.
de disciplina
Christi. cap. 10.
in fine.

Vide Ser. 14.
de Tempore
in medio.

¶ Tom. 9.
Tract. 10. in
epist. Ioannis
ante mediũ.

addam ad amorem, quo amatis. Sic me amate, plus nolo amari, dicit Dominus. Improbis loquor, auaris loquor, niam diligitis, tantum me diligite. Certe melior sum imperabiliter. Nolo à vobis amphorem amorem. Quantum dicitis pecuniam, tantum me amate. *Hæc diuina dicit sapiens.* Quid ergo magnum tibi imperat illa sapientia, quod possit imperare & auaritia? Tamen cum imperat facis, Et cum feceris quod imperauerit auaritia, quid habes? Plenam domum auro & argento. Non legis? Quando imagine Dei ambulat homo, tamen vanè conturbatur. Theſaurizat, & nescit cui ea colligat? Quare ergo non peris auribus verba eius? Si enim accusaueris auaritiam, iheris ad sapientiam suam. Sed cum suscepero, inquit, sapientia, laboriosa erit. Laboriosa planè: sed vide quom qua mercede. Nunquid quæ per sapientiam colligis, nescis colligas ea? Tibi colligis. Expergit cere, cuius gila, habeto cornicæ. Ac statim tempus est: collige quod tibi ad hanc tempe

auaritia & luxuria, ita vt ambabus obtemperare non posses. Et dicebat vna; Serua tibi, & consule in posterum: dicebat alia; Eroga, fac bene cum anima tua. Procedat Dominus tuus ad eum dicturus; & contraria non dicturus redemptor tuus. Si uolueris; domui eius non est necessarius qui seruit inuitus. Attende redemptorem tuum; attende pretium tuum. Venit ut redimat sanguinem fudit. Charum te habuit, quem tamen charè emit. Agnosce is qui emerit, attende unde redimat. Taceo de cæteris superbè in te dominantibus vitiis: innumerabilibus enim malis dominis seruebas. Has duas dico iubentes contraria, in diuersa sapientes, auaritiam & luxuriam. Eripe te ab his, veni ad Deum tuum. Si seruus eras iniquitatis, esto seruus iustitiæ. Verba quæ tibi dicebant, & contraria iuebant ipsa audis à Domino Deo tuo, & non contraria iubet. Verba eorum tollit? Non: sed potestatem tollit. Quid tibi dicebat auaritia? Serua tibi, consule in posterum. Verbum non mutatur, homo muratur. Iam si placet, compara consulentes. Illa auaritia est, ista iustitia. Ipsa contraria discute. Serua tibi, inquit auaritia. Pone te velle obtemperare: interroga vbi serues. Illa tibi monstrata est munitum locum, muratum cubiculum, arcam ferream. Omnia munis: fortè domesticus fur etiam interiora perumpit; & cum pecuniæ tuæ consulis, vitæ tuæ timebis. Fortè dum multum seruas, qui vult eripere, cogitat & occidere. Postremò, aduersus fures licet quocunque munimine thesaurum tuum & vestem tuam communias: communie aduersus rubiginem & tineam. Quid facturus es? Non est foris hostis auferens, sed est intus absumens. Non ergo bonum consilium dedit auaritia. Ecce iussit vt serues: & non inuenit dare locum vbi serues. Dicat etiam consequentia: Consule in posterum. In quantum posterum? In dies paucos & incertos. Dicit, Consule in posterum, homini fortassis victuro nec in crastinum. Sed ecce viuat, quantum putat auaritia, non quantum ostendit, non quantum docet, non quantum fidus; sed quantum putat, vixerit, senuerit, finierit, adhuc senex incuruus baculo innixus lucrù querit; & audit auaritiæ dicentem: Consule in posterum. Sed Dominus eadem dicat, iustitia iam loquatur, ipsa erunt verba, non sententia ipsa. Serua tibi, ait Dominus tuus, consule in posterum. Et hunc interroga: Vbi seruabo? Habebis thesaurum in cælo, vbi fur non accedit, neque tinea corumpit. In quantum posterum seruabis? Venite benedicti

6D. Aug. Ser. 245. de temp. in medio.

Pſalm. 38.

CAP. XXII.

Item aliud iubet auaritia, aliud luxuria, aliud Dei iussu.

1D. August. Serm. 128. inter imperſos Louany.

1 **A**liquando etiam possident hominem duæ hæc donæ contrariæ, auaritia & luxuria. Auaritia dicit, Serua tibi. Luxuria dicit, Eroga. Sub duabus dominis diuersa iubentur diuersa exigentibus, quid facturus es? Habent allocutiones suas ambas. Et quando cæperis nolle obtemperare, & in libertatem tuam ire; quia iubere non possunt, blandiuntur. Exsunt cauenda eorum blandimenta, quàm iussa. Quid dicit auaritia? Serua tibi, serua filiis tuis: si egibus, nemo tibi dabit. Noli ad tempus viuere, consule tibi in futurum. Contra luxuria: Viue cum viuis, fac bene cum anima tua; moriturus es quando, nescis: cui relicurus, an sit possessurus, ignoras. Tuus & subtrahis gutturi tuo: ille fortè, cum mortuus fuerit, calicem super te non ponet. Aut si fortè calicem ponet, ipse inebriabitur: ad te nulla stilla descendet. Fac ergo bene cum anima tua, quando potes, cum potes. Aliud iubebat auaritia: Serua tibi, consule tibi in posterum. Aliud luxuria: Eroga, fac bene cum anima tua bene. Tædeat te, o liber, in libertatem vocatæ: tædeat te talium dominarum seruitutis. Agnosce redemptorem tuum, manumissorem tuum. Illi serui, faciliora iubentur contraria non iubet. Amplius audeo dicere: contraria iubentur auaritia

monstrata est munitum locum, muratum cubiculum, arcam ferream. Omnia munis: fortè domesticus fur etiam interiora perumpit; & cum pecuniæ tuæ consulis, vitæ tuæ timebis. Fortè dum multum seruas, qui vult eripere, cogitat & occidere. Postremò, aduersus fures licet quocunque munimine thesaurum tuum & vestem tuam communias: communie aduersus rubiginem & tineam. Quid facturus es? Non est foris hostis auferens, sed est intus absumens. Non ergo bonum consilium dedit auaritia. Ecce iussit vt serues: & non inuenit dare locum vbi serues. Dicat etiam consequentia: Consule in posterum. In quantum posterum? In dies paucos & incertos. Dicit, Consule in posterum, homini fortassis victuro nec in crastinum. Sed ecce viuat, quantum putat auaritia, non quantum ostendit, non quantum docet, non quantum fidus; sed quantum putat, vixerit, senuerit, finierit, adhuc senex incuruus baculo innixus lucrù querit; & audit auaritiæ dicentem: Consule in posterum. Sed Dominus eadem dicat, iustitia iam loquatur, ipsa erunt verba, non sententia ipsa. Serua tibi, ait Dominus tuus, consule in posterum. Et hunc interroga: Vbi seruabo? Habebis thesaurum in cælo, vbi fur non accedit, neque tinea corumpit. In quantum posterum seruabis? Venite benedicti

1bidem infra. Matth. 19. 1bidem 6. 1bidem 25. Paris

Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a
 gine mundi. Hoc regnum quantum dierum est, ostendit
 nis ipse sententia. Cum de sinistris diceret, Sic ibunt
 ambulationem aeternam; ait de dexteris, Iusti autem in
 aeternam. Hoc est consulere in posterum: posterum quod
 riora non habeat. De faciendis ergo elemosynis, & de
 paranda animarum requie in posterum, vt faciamus bene
 anima nostra, quod petuere dixit luxuria, dicit & Domini.
 Ipsum audi, accipe bonum consilium. Noli parcere
 tuis, ergo quantum potes. Luxuriae vox erat: Domini
 facta est, Ergo quantum potes, fac bene cum anima tua.
 (ut opinor) iam vides, quanto sit melius obtemperare iustitiae,
 tibi ad vitam sempiternam consulit: quam vel luxuria, vel
 vitia, que consulunt huic vita.

CAP. XXIII.

Auari redarguuntur de inani studio diuitias conquirere

Sed delirare tibi videor, aare, cum hæc loquor: *delirare*
 tibi videntur hæc verba. Tu enim videlicet homi-
 gni consilij, magnæque prudentiæ, excogitas quorid-
 nera acquirenda pecuniæ, de negotio, de agricultura, for-
 & de eloquio, de iuris consultatione, de militia; addis
 fenore. Homo cordatus nihil prætermittit omnino, van-
 mus super numum, & in occulto diligentius acquiritur.
 prædatis hominem, caues deprædatorem: quod facis, tim-
 patiaris: et in eo quod pateris, non te corrigis. Sed non pr-
 Prudens enim homo es, bene seruus, non solum bene coll-
 Habes vbi ponas, cui committas, quomodo nihil pereat
 quod congregasti. Interrogo cor tuum, discuro prudenti-
 tuam. Ecce collegisti, ecce ita seruasti, vt nihil possis ami-
 eorum, quæ seruasti. Dic mihi, cui seruas? Non tecum
 ago, non commemoro, non exaggero, quicquid mali
 auaritia vanitas tua: non dico, ne forte, dum colligis,
 garis: non dico, ne forte, cum vis esse prædator, sis prædator
 apertius eloquar. Fortassis enim cæcus auaritia, non audis
 non intellexisti: non dico, inquam, ne forte, cum vis elle
 minoris, sis præda maioris. Non enim sentis te esse in-
 nec cernis minores pisces à maioribus deuorari. Non dico
 non dico difficultates & pericula in ipsa conquisitione
 aie, quanta patiuntur qui eam colligunt, quam in omni

periculis, in omnibus penè mortem videant; transeo hæc
 omnia. Prorsus colligis, nullo contradicente: seruas nullo
 auferente: excute cor tuum, ac prudentiam tantam, quæ me de-
 ridet, quæ me insipientem putas hæc loquentem, & dic mihi
 Theaurizas, cui congregabis ea? Video quid velis dicere, quasi
 quod vis dicere, huic non occurrerit. Dicitur es, Filiis meis
 seruo. Hæc est vox pietatis, excusatio iniquitatis. Filiis meis,
 inquit, seruo. Nam ecce discuto te cum filiis tuis: seruas transi-
 tus transcuris, imò verò transiens transeuntibus. Nā transi-
 rum te sic dixi, quasi nunc maneat. Ipsum hodie, ex quo loqui
 cepimus, vsque ad hoc momentum, sentis, quia seniuimus.
 Neque enim cernis & incrementa capillorum tuorum: & nunc
 forte cum stas, cum hic velis sic, cum agis aliquid, in te cres-
 cunt capilli tui. Neque enim repente creuerunt, vt tonsorem
 quæretes. Agitur ergo atas transiuolans & in intelligentibus,
 & non sentientibus, & in aliud malè occupatis: transis tu, &
 seruas transeñti filio tuo. Primò hoc à te quæro: Scis eum pos-
 sessurum, qui seruas? aut si nondum natus est, scis nasciturum?
 Seruas filiis: incertum est an futuris, an possessuris: nec reponis
 thesaurum, vbi reponendus est, nec id agis quod agendum est.
 Per diem vexaris laboribus, per noctem agitaris timoribus.
 Vt sacculus tuus impleatur numis, anima tua febicitur curis.
 Video, doleo; & sicut dicit, qui fallere nescit, vanè conturba-
 ris. Theaurizas enim, vt bene proueniat quicquid agis: vt
 damna taceamus, vt tanta pericula, & in singulis lucris singulas
 mortes, (mortes dico non corporum, sed malarum cogitatio-
 num) vt accedat aurum, perit fides: vt foris vestiaris, intus ex-
 poliari: vt ista omittamus, vt alia taceamus, vt aduersa præter-
 eamus, prope sola cogitemus, ecce thesaurizas, ecce vni-
 que lucra confluunt, & more fontium numi currunt. Vbi que
 ardet inopia, vbi que fuit copia. Non audisti, Diuitia si as-
 tuant, ne apponatis cor? Ecce acquiris, non infructuose con-
 turbaris, tamè vanè cõturbaris. Quare, inquis, vanè cõturbor?
 Ecce saccos impleo, parietis mei vix capiunt quod acquiror: qua-
 re vanè cõturbor? Theaurizas, & ignoras cui ea cõgreges. Aut
 si scis cui, obsecro, dic & mihi. Audiã te, cui? Si nõ vanè cõturbor,
 dic cui thesaurizas? Mihi, inquis. Hoc audes dicere mori-
 tui? Filiis meis, inquis. Hoc audes dicere de morituris? Magna
 pietas, thesaurizat pater filiis: imò magna vanitas, thesaurizat
 moriturus morituris. Si propterea, quia moriturus dimittis,
 quid

albidè infra.

In p. fol. 38.
in medio.

2 D. Aug. Ser.
50. de temp.
in initio.
Plalm. 38.

Plalm. 62.

quid colligis? Hæc causa & filiorum: successuri sunt, non mansuri. Omitto dicere qualibus filiis, ne forte quod te gregavit avaritia, perdat luxuria. Alius fluendo perdit, tu laborando congregasti. Sed omitto hoc. Fortè erunt filij, luxuriosi non erunt: servabunt quod dimisisti; augetur quod servasti: non perdet quod congregasti. Filij tui tunc sunt pariter vani, si hoc faciunt, si te patrem in hoc imitant. Illis dico quod tibi dicebam: Filio tuo dico, Cui servas illi dico, thesaurizas, & nescis cui congreges ea. Sicut enim, nescisti, sic & ille nescit. Omitto dicere, quia fortè dum vis thesaurizas furi. Vna nocte venit, & tor diebus ac noctibus congregatum, paratum invenit. thesaurizas fortè latroni, fortè prædatori. Nolo amplius dicere, ne commemorem & relictis prædatorum dolores. Quàm multa, quæ congregavit tua: vanitas, parata invenit hostilis crudelitas? Nō est enim mere optare, sed omnium est timere, & dicere, Auctat hoc Deus sufficienti flagella ipsius. Sed omitto pœnaliter victuros filios sicut optat inimicus: sic vivant, ut optat pater: quàm multum in casus *varios* & *graves* incidunt? Dixi, commemoravi horum, & non correxisti. Quid enim responsurus es, si hoc dicas, Fortè non? Et ego sic sum locutus: Fortè, inquit, furi, fortè latroni, fortè prædatori. Non dixi, certè; sed fortè. Inter fortè fiet, fortè non fiet, nescis ergo quid fiet: sed ut conturbaris. Vides quàm verum dixerit veritas: quàm iuste conturbetur vanitas.

CAP. XXIII.

Resellitur excusatio avarorum, quam causa filiorum pretendunt.

R Estat, ut iterum dicas: Et quid igitur ago de filiis meis? Audi & vide consilium Domini tui: Si tibi dicat Dominus tuus: Melius ego cogito qui creavi, quàm tu qui generasti: fortè quod dicas, non habebis. Sed dicit enim illum *advocantem*, ut habet *M. thesaurus* & *principum*, ut dicit *Lucas*, spectatur es, qui *consilio perfectionis audit*, nisi abscessit, & Evangelio reprehensus est, & dices tibi; Fortè ille dimes nescit, non vendit omnia, & dare pauperibus, quia filios non habebat: ego autè filios habeo; habeo quibus servem. Et in hac infirmitate consistit tibi Dominus tuus. Audeam tibi dicere per eius misericordiam: audeam aliquid dicere non de te et

presumptione, sed de ipsius miseratione. Serva & filiis tuis, sed audi me: si (ut sunt humana) de filiis qui que suis aliquem amiserit, intendat quia avaritia excusatione non habet, neque hic, neque in futuro faculo. Amisisti est aliquis Christianus. Christianum filium amisisti. Nō ergo amisisti, sed præmisisti. Neque enim ille decessit, sed præcessit. Interroga fidem tuam: certè & tu illò iturus es, quò ille antecessit. Rem brevem dico, cui (puto) quodd nemo respondeat. Vivit filius tuus? Interroga fidem tuam. Vivit, inquis. Si ergo vivit, quare inauditur pars eius à fratribus eius? Sed dices, Nunquid reditus est, & possessurus qui mortuus est? Sed præcessit ad Deum: pars ipsius debetur pauperibus. Illi debetur ad quem perrexit: Christo debetur; ad ipsum enim perrexit. Sed quid dicit? Servo fratris tuus? Si vivet ille, non erat cum suis fratribus divitibus: O fides mortua: mortuus est enim filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes quod vivo servabas. Mortuus est filius meus, sed tamen parte filij mei servo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est, si pro illo Christus mortuus non est, mortuus est ipse: si autè in te fides est, vivit filius tuus. Vivit profus, non decessit, sed præcessit. Qua fronte vèturus es ad filium tuum, qui præcessit, cui præcedenti non mittis partem suam in cælum? An non potest mitti in cælum? Potest profus. Audi ipsum Dominum dicentem, thesaurizate vobis thesauros in cælo. Si ergo ille thesaurus melius est custoditus in cælo: nunquid non tunc mittendus est filius; quando, si missus fuerit, non peribit? Mittatur ergo illi, quò præcessit ille; ad rem suam venire non potest; res eius ad eum ire potest. Vide cum quo sit. Si in palatio militaret filius tuus, & amicus Imperatoris fieret; & diceret tibi, Vende ibi partem meam, & mitte mihi; nunquid invenires quid responderes? Modò cum Imperatore omnium imperatorum, & cum Rege omnium regum, & cum Domino omnium dominorum est filius: mitte illi, nō dico necessarium habet ipse Dominus ipsius, apud quem est filius tuus; eget in terra. Hic vult accipere quod dat in cælo: quod facere nonnulli avari solent; fac traiecit in terra. Da in peregrinos, quod recipias in patria tua. Postremò, iam de te nihil, de filio tuo loquor. Dubitas dare tuum; dubitas & reddere alienum: certè convinceris, quia non filius tuus servabas. Ecce non das filiis tuis, quia tollis filiis tuis. Huic certè tollis. Quare indignus est accipere, quia cum agnoscere vivit? Meritò si ille tū quo vivit, nolle

6 Tom. 9. lib. de decem chordiis ca. 12.

Math. 6.

7 Serm. 128. inter impress. Louan nunc est 43. inter duces in edit. Plant.

Serm. 128. inter impress. Louanij.

Math 19. Luc. 12.

nollet accipere. iam domui tuæ, si domui Dei, diues. Ergo ut tibi dicam, Da quod habes: sed dico tibi, reddere debes. Sed habes ut illud, ais, frater illius. O mala dicitur dicens filios tuos in morte optare fratribus suis. Si de rebus tuis mortui ditiores erant, vide quemadmodum te attendit domo tua. Quid ergo facies? Patri nomen diuidis. & uicinia doces. Sed nolo dicere de vno amisso, ne catus huius videar imitari. Non dico vnum minus habebis, computat vnum plus habes. Fac locum Christo cum filiis tuis: accedat familiaritas tuæ. Dominus tuus: accedat ad prolem creatoris: accedat ad numerum iuniorum tuorum, frater tuus. Cuius tantum interit, & pater esse dignatus est. Et cum sit vnicus, voluit habere coheredes. Ecce ille quam largitus quare tam sic. Inter?

CAP. XXV.

Quomodo diues & pauper portare debeant onus, alter vnus: & inter diuitis alicuius heredes, Christus vnus est computandus.

Sed auarus es. Di. it tibi Deus: Me conueni: ego sum vnus tantum, pauperem propter te feci. Propter nos vnus pauper factus est, cum diues esset. Erabesce, ille omnes par esse voluit, vt haberet pauperes quibus daret. Da aliquid filio tuo, da aliquid proximo tuo, da aliquid comitu tuo. Tu diues, ille pauper est. Vira ista vicia: simul ambulabis. Ille vnus portat, tu nomen oneratus es. Ille nihil tecum portat, tu vnus plus portas quam opus est. Oneratus es: da illi de eo quod habes, & illum pascis, & onus minus. Vide autem nesci cum te interpellabit pauperem, dicas: Vni quique onus suum portabit. Hic aliter præceptum aui: Inuicem onera vestra portate. Paupertas non est onus tuum, sed est et fratris tui. Vide ne diuitie sint maior onus tuum. Nam habes onus paupertatis, sed habes onus diuitias. Si bene tenidas, onus est. Ille alterum onus habet, tu alterum. Pecuniæ illo, & portet tecum, vt inuicem onera vestra portet. Quod est onus paupertatis? Non habere. Quod est diuitiarum onus? Plus quam opus est, habere. Et ille oneratus est, & oneratus es. Porta cum illo non habes; portet tecum plus habere, vt fiant æquales sarcina vestra. Si enim dederis indigentibus illi non habenti, onus ipsius, quod erat non habere

si dederis, incipit habere. Minutum est illi onus, quod vocatur non habere; minus & ipse onus tuum, quod vocatur plus habere. Sed forte dicit, Ego diues, ille pauper est. Simul ambulatis, an non? Quid est, quod dicis, nisi, ego oneratus, ille leuis? Ego diues, ille pauper. Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas. Et quod grauius est, constringisti ad te sarcinam tuam: ideo non potes porrigere manum tuam. Onerate, ligate, quid te iactas? Solue vincula tua, minne sarcinam tuam. Da comiti, & illum adiuuas, & te releuas. Inter has voces tuas laudantes sarcinam tuam, adhuc Christus petit & non accipit, & obcedis nomen pietatis, crudelibus vocibus, & dicis: Et quid seruo filiis meis? Christum illi oppono; filios suos mihi opponit. Ita vero magna iustitia, vt habeat vnde luxurietur filius tuus, eget Dominus vnus. Cum enim vni ex minimis meis feceris: non legisti, non aduertisti? Cum vni ex minimis meis non feceris, nec mihi feceris: non legisti? non tenuisti? Ecce quis eget, & filios tuos numeras? Postremo, numera filios tuos; adde vnum illum, inter illos, Dominum tuum. Vnum habes, sit ille secundus: duos habes, sit ille tertius: tres habes, sit ille quartus. Decem habes, vnde cinus sit. Nolo amplius dicere: vnus filij tui serualocum Domino tuo. Quod enim dabis Domino tuo, & tibi proderit, & filijs tuis. Quod autem male seruas filijs tuis, & tibi oberit, & filijs. Dabis autem portionem vnam, quam vnus filij deputauit. Deputate vnum amplius genuisse. Quid magnum? Puro, quia parua & facilis cogitatio est, putare patrem filiorum, habere vnum filium amplius. Sed iam aliquoties dixisti, Habeo quibus dimittam. Pone quia habebunt filij, quibus dimittis: tu nihil habebis, quia nihil ante te misisti. De filijs curam gessisti, tibi autem non profuit. A udis, Sursum corda, & curas dicere: Habemus ad Dominum. Si aliquid illuc misisti, habes quod ibi queras. Si nihil misisti sursum, non habes quod ibi queras. In terra vbi potuisti, ibi quere. Cur sic prouidus filiorum exitis? Cur & aliena vnus rapis, qui post te ne forte maneant, nescis: Hinc & tui perpetuam penam nutris, & filijs tuis dolore dimittis. Dicit enim sapientissimus Salomon: Qui congregat aliena, relinquit filijs dolorem. E: rursum dicitur in Psalmis: Veruntamen in imagine perit astant homo, vnde conturbatur, & nescit cui congregat ea. Quid thesaurizas aure, quod nescis? Quid aut argentique pondere delectaris, & condis?

1 To 9. 13. 14. Dic. Christ. cap. 2.

Math. 23.

6 Serm. 28. Inter imp. 10. 11. Louanij, ante finem, Videbimus Serm. 1. ad popu. Hipp. de comunt vita clerice in medio. 7 Hour. 22. Interquinque

8 Ibidem supra.

9 Psalm. 28.

17 August. Serm. 146. de contempt. 2 Cor. 8. 1. Tom. 9. lib. 2. de Disc. Christ. cap. 1. post. medium. 3. August. Serm. 6. de verbis Dom.

4 August. Serm. 21. de verb. Apolt. Galat 6.

Math. 22.

condis? Quid imaginem regis sculptam seruas in foliis imaginem Dei in hominibus detestaris? Redde, dicitur Cæsari, quæ sunt Cæsaris; & Deo, quæ sunt Dei. Maior fratri ideo copios omnibus subdabat, quia Deo decimas dabat; & Cæsari censum reddebant. Modò autem, quia decessit ratio Dei, accessit indectio filii. Nolimus partiri cum Deo: modò autem totum tollitur. Hoc tollit fiscus, quem accipit Christus. Fiscus enim scis quid sit? Fiscus laccæ vendit & fiscoellæ & fiscoinæ dicuntur. Ne putes quia ab draco est fiscus, quia cum timore auditur exactor filii. Faccus est publicus, in quem plerumque quoquo modo ab turis Principum Regumq; exactoribus corrasum atque tum colligitur quicquid aut iniustus ab iniustis possessum, dum tempus erat, indigentibus nõ expensum fuit. Sic iniustorum labor iniustus perire solit, vel cum ipse adhuc vivens iam mortuus filius sui similes habet successores.

CAP. XXVI.

Epilogus adhortationum prædictarum.

In Psal. 48.
conc. 1. in
fine.

Postremo verò, ut ista prædicta concludamus, quæ post inortem etiam insultatur hominibus, qui, cum non haberent, neque relinquere hæredes alios: tamen tulerunt, & in vanum laboraverunt: qui non intellexerunt facerent de divitiis, cum viverent; & putaverunt se beaturos, si haberent memoriam marmoream, quasi æternam sim? Quomodo eis à viventibus insultatur? *Avaritiam terram quasit, iam terram habet, sepultus in terra. Non ipsa sufficiens fuit ad sepulchrum eius replendum? Merito illius sepulchro, cuius nunquam defuit desiderio. Possessiones amblystima ubi sunt? Vbi domus sumptuosa, & splendens super Relicta ab eo sunt omnia, nihil horum secum sumpsit. Iam minus quam inhabitavit, spectetur: etiã ipsa maledicitur.* Quisque enim præteritum dicit: Hæc domus illius est prioris, prædonis, avari. Quantas viduas afflixit? Quantos phanos denudavit? quantos miseros fecit; vt hanc detantissimis expensis de iniquitate quæsitus erigeret? Nunc videtis, quem ipse fortè oppræsserat, ditior factus eam habet hostis eius, vel tyrannus aliquis occupavit. *Tanta illius multitudo quid profuit? Quid profuere divitiis tot fraudibus? & iniustus lucris conquisit? Sic insultatur, & maledicitur*

2 Ser. 215
de tempore.

tibi dum adhuc viverent, non cogitarunt nisi omni genere divitiarum replere domum suam perstruam, quam morientes mortuis erant relicta. Debuerunt autem contra præparare sibi domum æternam in bonis operibus, præparare sibi vitam immortalem, mittere ante se sumptus, sequi opera sua, attendere comitem egentem, dare ei cum quo ambulabant, non contempserunt Christum ante ianuam vlcerosum, qui dicit: Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. *Et modo tales, vel similes illorum, qui filios habent, si rogantur pro quibus laborant, & quare laborent: quid respondent? Filiis meis, inquirunt. Et ipsi cui? Filiis suis. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo sibi.*

Et ipsi filii servauit quod reliquerunt parentes sui. Parum est quia seruant, & arguit. Quibus & ipsi seruant? Filiis suis; & illi filiis, & tercij filii. Quid Christo? Quid animæ suæ? Omnia filiis. Inter filios suos quos habent in terra, computet vnum fratrem quem habet in celo: cui totum dare debebat, vel diuidant cum illo. Non equidem totum dent. Teneant sibi quantum sufficit, teneant plus quam sufficit. Dent inde quandam partem. Quam partem? Decimam partem. Decimas dabant Scribæ & Pharisei. Erubescamus. Decimas dabant, pro quibus Christus nondum sanguinem fuderat. Decimas dabant Scribæ & Pharisei, ne forte aliquid magnum facere te putes, quia frangis panem pauperi, & vix est millefima ista facultatum tuarum; & tamen non reprehendo. Vel hoc fac. Quare enim non accipiat partem de substantia tua, qui tibi præmia præparauit æterna? Quare non accipiat decimum, qui contulit totum? Cur in hoc opere bono non attenditur ille Zacchæus, qui dimidium rerum suarum dedit pauperibus? Sed oportet cogimur vt attendatur saltem ille Phariseus, qui omnium quæ possidebat, decimas dabat. Noli parcere thesauris caducis, thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis angere pecuniam dicens: Filiis meis seruo. Magna excusatio, Filiis meis seruo. Videamus: seruaui tibi pater tuus; seruas tu filiis tuis filij tui filius suis: & sic per omnes, & nullus facturus est præcepta Dei. Et mentiuor quidè homines; mala est, inquit auaritia. Palliare se volunt nomine pietatis, & dealbare, vt quasi propter filios videantur seruare homines, quod propter auaritiam seruant. Nam vt noueris quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam: Quare non facit elemosynam? Quia seruat filiis suis. Contingit vt amittat vnum: si propter filios

In Psal. 48.
conc. 1. in
fine.

Math. 25.

In Psal. 125.
in princ. ex-
posit.
In Psal. 84.
conc. 1.
in fine.

D. August.
Ser. 205.
de temp.
Vide in Psal.
215. ante fin.

Luc. 18.

Ser. 217. de
temp. in fine
Vide in Ser. 219.
de tempore.
8 Tom. 9. lib.
de 10. chordis.
cap. 21.
Luc. 19.
Ibidem 18.

Ibidem infra.

28 Ibidē infra

21 Serm. 76. de
Tempore.

27 Rom. 19.

17 n Psal. 83.
conc. 1. vltra
mediū.

1 Ibidē supra.

Luc. 10.

filios seruabat; mittat post illum partem suam. Quare tenet in sacco, & illum relinquit ab animo? Redde illi suum est, redde quod illi seruabas. 10 Certē ea quæ hactenus & non vis mittere post filium tuum, quibus commēdas tuis tuis commēdas illius partem, qui præcessit; & Chæ non commēdas, ad quem præcessit? An idoneus est tibi curator tuus, & minus idoneus est Christus? 11 Quid vobis Christo committere, quod a latronibus vix poteris referre. Qui dat, inquit, pauperi; non egedit. Diuidis partimos tuam hæredi; & Christus est indignus de tuo aliquid te tollere, aliqua tecum in futura sæcula deportare? Quid tibi diu seruas, quo si vtatur, ignoras? Quid substantiam cum quam fortassis ingrato relinquis? Forsitan illi præstabis; quid misericordingratū causa de eius portione detraxeris. Quis primò quod iubetur, vt possis accipere quod promittitur, potest vlturas accipere, qui Dominum noluerit scire carere, dat, inquit, pauperibus, Deum scenerat. Nec enim potest uina promissa percipere, qui præcepta cælestia noluerit uare. *Hæc de illis dicta sufficiant, qui se propter filios de suo excusare, & nomine pietatis suam cupiditatem palliare apud homines, sed apud Deum non possunt.*

CAP. XXVII.

Post mortem nihil profunt diuitia diuitibus, qui male vixerunt, & in suis deliciis obdormierunt.

1 **T**Am etiam attendamus illos diuites, qui filios habent. **L**eos hæredes relinquentes male vixerunt, quique superberunt; & videamus, an ipsis post mortem suam diuitia profuerunt. Mortui enim sunt, & reliquerunt, non dico teneis, sed filiis suis reliquerunt diuitias suas; & tamen ipsi dum vitam parentum suorum sequuntur, facti sunt illi tanquam extranei. Sicut illi superbi, ita & isti; hinc illi rapaces, isti vt illi auari, & isti, & ob id extranei siue alieni ab illis. 2 Quomodo alieni sunt filij? Iniquorum filij alieni. Nam inuenimus quemdam extraneum propinquum factum quia profuit. Si quis tuorum tibi nihil prodest, alienus est. Inuenimus exterum propinquum factum, quia profuit. Evangelio. Iacebat quidam vulneratus a latronibus. Transiit quidam Samaritanus, nescio quis extraneus: ipse ad illum accessit, in spexit misericordia eius, & misericordia motus cum

vulnera eius: leuauit in iumentum, & duxit in stabulum, commendauit stabulario. Si ergo extraneus Samaritanus, faciendo misericordiam & subueniendo, proximus factus est: quicunque tibi in tribulatione subuenire non possunt, alieni a te facti sunt. Nam vt noueris quia illi alieni sunt, subuenirent illi diuiti, qui ardebat in flamma, succellores ipsius diuitiarum. Sed forte non habuit qui illi succederent, & alieni possederunt diuitias ipsius. Inuenimus in ipso Evangelio, quia habuit. Ait enim ibi ipse, Habeo quinque fratres. Fratres ipsius subuenire illi ardenti in flamma non poterunt. Quid tibi diceret diuites? Quid? Vnum fratrem mihi amicum non feci, qui iacebat ante ianuam meam. Illi mihi fratres subuenire non possunt, qui possident diuitias meas; alieni a me facti sunt. Vides quia omnes qui male viuunt, alienis relinquunt diuitias suas? *Quid ergo eis contingit, nisi quod in psalmo dicitur; Dormierunt in somno suo, & nihil inueniunt omnes viri diuitiarum in manibus suis? A manerunt presentia, & dormierunt in ipsis presentibus; & sic illis facta sunt ipsa presentia delictiosa, quomodo qui videt per somnium inuenisse se thesauros, tam diu diues, quam diu non euigilet. Somnium illum diuitem fecit; euigilatio pauperem fecit. Tenuit illum somnus fortassis in terra dormientem, & in duro iacentem pauperem, & forte mendicum. In somnis vidit se iacere in lecto eburneo vel aureo, & in plumis aureis altius extractis: quam diu dormit, bene dormit; euigilians inuenit se iacere in duro, in quo illum somnus tenuerat. Tales sunt & isti. Venerunt in hanc vitam, & per cupiditates temporales quasi obdormierunt hic, & exeperunt illos diuitias, & vane pompæ volaticæ, & transferunt; non intellexerunt quatum inde boni posset fieri. Nam si nosset aliam vitam, illic sibi thesaurizarent quod hic erat perituum. Ergo dormierunt somnum suum viri diuitiarum, nihil inueniunt in manibus suis. Dormierunt enim in cupiditatibus suis; transit somnus iste, transit vita ista, & nihil inueniunt in manibus suis: quia nihil posuerunt in manu Christi. Vis aliquid inuenire in manibus tuis postea? Non cõtemnere modo manum pauperis; & respice manum tuam, si vis habere manus plenas. Dicit enim Dominus: Esuriui & destitisti mihi manducare, &c. Esurire in pauperibus voluit, quid ducis in celo est; & tu dubitas homo dare homini, cum scias te Christo dare quod das, a quo accepisti quicquid das? Sed illi dormierunt*

Luc. 16.

17 n Psal. 75.
conc. 1. vltra
mediū.Vide Ho. 14.
in medio.

Psal. 74.

Matth. 23.

DE CONTEMPTV DIVIT.

52
 somnum suum, & nihil inueniunt omnes viri diuitiarum
 manibus suis. Cum ergo euigilauerint de hac vita, non
 illud quod quasi somno tenebatur, velut somnium ex-
 4 To Psal. 72. ante finem. **erat:** tunc habebit homo aliquid de suo. Nunquid legimus
 Psal. 72. **in Euangelio,** quia diues ille cum holosericis & byssinis regu-
 5 Ibidē infra. **mentis** apparebat in igne? Nunquid qualis erat in epulis ad
menfam, talis erat & apud inferos, cum sitiret, & stillam desi-
deraret? Non ibi erat illa omnia. Non ergo secū accipit homo
 omnia; nec quod tollit sepultura, tollit secum mortuus. Vbi
 enim sensus, ibi homo: vbi nullus sensus, non est homo. Iacet
 vas quod continebat hominē, domus quæ habebat hominem.
 Corpus dicamus domum: spiritum dicamus habitatorem do-
 mus. Spiritus torquetur apud inferos: quid illi prodest, quia
 corpus iacet in cinnamibus & aromatibus, inuolutum pretiosis
 linteis? Tanquam si dominus domus mittatur in exilium, & Similitudo
 tu ornēs parietes ipsius. Ille in exilio eget, & fame deficit; vix pulchra.
 sibi vniat cellam inuenit, vbi somnum capiat; & tu dicis, fel-
 lix est: nam ornata est domus illius. Quis te non aut iocaris aut
 insanire arbitretur? Ornas corpus: torquetur spiritus. Da ali-
 quid spiritui, & dedisti aliquid mortuo. Sed quid illi dabis,
 quando iste vnā guttam desiderauit, & non accipit? Hic enim
 contempsit mittere ante se aliquid. **Quare contempsit?** quia
 non putauit vitam, nisi præsentem: non cogitauit nisi quem-
 admodum pretiosus vestibus obuolutus sepeliiretur. Ablata est
 ab illo anima eius, sicut Dominus dicit; Stulte, hac nocte au- Luc. 12.
 feretur anima tua; & quæ parasti, cuius erunt? Et impletum est
 in illo, quod psalmus dicit: Ne timearis, cum diues factus fue- Psal. 38.
 rit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam
 non, cum morietur, accipiet hæc omnia. Et quid *idem*
isto psalmus dixit de tali homine? Et laborabit, inquit, in æter-
 num, & viuet in finem. Labor eius sine fine erit, vita ipsius
 habebit finem. Quare hoc dixit, viuet in finem? Vitam quip-
 pe non ponunt isti, nisi delicias quotidianas. A deo sunt multi
 inopes & pauperes nostri, parum firmi, & non intuentes quid
 illis promittat Deus pro illis laboribus: cum viderint diuites
 in epulis quotidianis in splendore & niore auri & argenti,
 quid dicunt? Soli sunt isti; isti verè viuunt. Vivant; finietur
 vita ipsorum; labor non finietur. Laborant in æternum, &
 viuet in finem. Quomodo viuet in finē? Quomodo vivebat
 ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie
 splendē, & iacentem vicerolum ante ianuam, cuius vlcera Luc. 16.
 caues

CAP. XXVIII.

*Diuites, cum moriuntur; nihil eorum, quæ hic possi-
 secum tollunt; & insuper laborabunt in æternum.*

4 In Psal. 72. 1. Vid ergo: parua tibi videtur, dum viuūt, claritate;
 vitæ med. parua tibi videtur pompa eorum, parua tibi viden-
 1 in Psal. 48. tult, imagines, statuas, laudes, cunei clientum? Audi:
 6 Cc. 2. in med. mueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicauit
 rit gloria domus eius. Quoniam non, cum morietur, au-
 hæc omnia. Vides viuentem diuitem, cogita monē.
 Quid hic habeat attendis: quæ secum tollat attende.
 secum tolli? Multum auri habet, multum argenti,
 multum prædiorum, mancipiorum: moritur, remaneant
 scio quibus. Etsi enim dimittit quibus vult, non seruat
 vult. Multi enim & non sibi dimissa acquisierunt, & tibi
 sibi dimissa perdidērunt. Remaneant enim illa omnia; &
 secum. Quid? Fortè dicit aliquis: Illud secum tollit, vbi
 uoluitur, & quod illi erogatur ad pretiosum & marmore
 sepulchrum, ad instruendam memoriam: hoc secum:
 Ego nec hoc dico. Exhibentur enim ista non sentienti.
 mentem & non vigilantem ornas, in lecto secum illa
 Fortè ornamenta insunt in corpore iacentis, & fortè
 somnis in pannis se videt. Quod sentit, ei plus est,
 quod non sentit. Quamquam & illud, cum euigilauerit
 erit: tamen dormienti maius illud erat, quod in somno
 bat, quam illud quod non sentiebat. Quid ergo dicunt illi
 mines? Erogem, quæ habeo, ad mortem meam: quare de-
 hæredes meos diuites? Multa habebunt de meo, habebit
 ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit

vide Ser. 127.
de temp. in
medio.

canes lingebant, & desiderantem micas, quæ de mensa cadebant, superbus & tumidus contemnebat. *Quid illi fuerent illæ diuitiæ? Mutauerunt vicem ambo: ille à diuitiis subtilis est in finem Abraham: ille ab epulis splendor missus est in ignem. Ille quiescebat, ille ardebat; statim ille, ille siccabat. Ille laborauerat in finem, viuet in æternum ille vixerat in finem, laborabit in æternum. Et quid profuerit, qui quæ sunt apud inferos in tormentis positus, stillegutam aquæ in linguam suam de digito Lazari, dicens: niam ardeo hic in flamma, & non illi concessum est: Sic raurit hic guttâ de digito, quomodo ille micas de mensa? Sed illius labor finitus est, & illius vita finita est. Labor in æternum: vita illius in æternum. Non hic habemus, qui fortè hic laboramus in terra, & non sic erimus postea: enim vita nostra Christus in æternum. Illi autem qui hic habere vitam, laborabunt in æternum, & viuent in finem.*

CAP. XXIX.

Gratiter peccant, qui quasi iusti à aliquo heredes in concupiscunt: similiter qui ex auaritia aut paucos des, aut nullos habere volunt.

Cum ergo nemo sit, qui natus est, qui mori non debeat, qui moritur, qui vitam sine morte non optet: sic cuique laborandum & viuendum est, ut illa vita haberi, quæ post mortem laborem non habet. Est enim quantum dicitur viuendi communis omnibus. Futurum non facere seruo præcipitur, & domino non præcipitur. Incontinentiam viuere, non castimoniam præcipitur, & nuptia non præcipitur adultærium non facere, omnibus præcipitur. Non amat lenitiam, qua ingurgitur anima, & corrumpitur in seipsum Dei, omnibus æqualiter præcipitur. Non superbiens, omnibus æqualiter præcipitur. Non hominem occidere, odisse fratrem, non aduersus aliquem tenere perniciam, concupiscere rem proximi, omnibus in communi præcipitur. Sed ubi de furto commune præceptum est, ibi intelligitur rapinam. Non enim de furto præcipitur, & de rapina scriptura, nisi te sic intelligere voluisset. Quia si prorsus clanculo auferre, multo maioris pena est, violenter eripere. Auferre ergo nolenti, sine occulte, sine palam, habet præceptum suum. Concupiscere autem rem proximi, quod non

Deus in corde, etiam si iustam ibi successionem quæras, non licet. Denique qui volunt res alienas tanquam iuste possidere, heredes se querit fieri à morientibus. Quid enim tam iustum videtur, quam rem si derelictâ possidere, habere iure communi? Quid hoc apud te facit homo? Dimissum est mihi, inquit. Hereditatem consecutus sum. Testamentum lego: nihil videtur iustus ista voce auaritia. Tu laudas quasi iure possidentem: Deus damnat iniuste concupiscentem. Vide qualis es, qui optas te ab aliquo heredem fieri: non vis ut habeat heredes, ne tu eius non sis haeres. Eris enim primò sine dubio simulator, obsequens non charitatis sed fraude, veluti amans eum à quo te cupis fieri heredem: amando eum, mori quæris; & ut in re eius te videas possessorem, illi inuides successorem. Quid ista cupiditate inhumanitas: quid truculentus? Optas mori hominem, ut eius hereditatem habeas: times nasci hominem, ne solus non possideas. Quò te cæca cæcum trahit auaritia? Hoc enim optando, & charitati iniuriam irrogas, & natura. Vis tibi airandi materiam multiplicari, alteri non generandi: quæ tamen multiplicatione nihil fructuosus: quia non venit nisi de benedictione Domini. Multæ quippe sunt terrena multiplicationes; felicitior autem filiorum: quanquam & hominibus auaris etiam ipsa fecunditas molesta est. Timent enim ne pauperes relinquatur, qui multi nasci poterunt. Quæ sollicitudo plebrosque ad impietatem cõgiz, ut oblitiscerentur quòd parentes essent: omni quæ humanitatis affectu expoliati, exponerent filios suos, ut eos facerent alienos: proiceret quæ peperit, colligeret quæ non peperit: illa contemneret, illa diligeret: illa frustra mater carne, illa verior voluntate. Si facit hoc auaritia in istis qui necdum à procreando seriantur: quid mirum, si, qui rerum alienarum cupidi sunt, ut suo malo voto potiantur, desiderent & illos, qui nati sunt, citius mori: & non alios nasci, qui essent successuri? Tales, quando illis laudatur vita æterna, & dicitur illis, cõtemptores diuitiarum esse debere in nomine Christi, torquentur in corde suo. Et si non audent in facie, ne crubescant, aut de corripiantur ab hominibus, in corde id faciunt, contemunt: & remanet eis in ore benedictio, & in corde maledictio. Oro Deum benedicunt, si semper inueniant quod quærunt: si soli accipiant quod volunt: corde verò maledicunt quodammodo illis, quibus vel aliena, vel sua possidentia iniuri relinquunt, quæ ipsi dum moriuntur, tenere non possunt.

Ibid infra.

In Psal. 127.
vtra mediũ.In Psal. 49.
cõc. i. in fine.

Ex fragmẽto
Serm. de be-
calog. ad pop.
Hippocent.
imp. eff. cum
cæc. Louan.
& nunchabe-
tur. In. in
odis. Plantini.

Quid lucraris? quid damnicaris? Habes lucrum auri, passus es damnatum innocentia. Est aliquid pretiosius innocentia? Sed si innocentiam retinebo, inquis, pauper ero; absque bono huius *faculi* ero. Parum ne diuitiarum, ipsa innocentia? Si arcam plenam auro habueris, diues eris: si cor habueris plenum innocentia, pauper eris? Sed hæc bona desiderans, modo in egestate, in tribulatione, in conuallibus plorationis, in pressura, in tentationibus serua innocentiam. Erit enim postea etiam bonum tuum, quod desideras: requies, æternitas, immortalitas, impassibilitas erit postea: ipsa sunt bona, quæ feruat Deus iustis suis. Nam bona, quæ modo desideras pro magno, propter quæ vis esse nocens, & non innocens: attende, illa qui habeant, qui talibus abundant. Vides diuitias apud latrones, apud impios, apud sceleratos, apud turpes: apud flagitiosos, & sceleratos vides diuitias. Dicit illis Deus ista, propter commutationem generis humani, propter abundantiam affluentia bonitatis suæ, qui etiam solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Tanta dat & malis, & tibi nihil seruat? Falsum est, quod tibi promisit? Seruat, securus esto. Qui miserus est tui, cum es impius; deferet te, cum factus es pius? Qui peccatori donauit mortem filij sui, quid seruat saluato per mortem filij sui? Securus ergo esto. Tene debitorem, quia credidisti in promissorem. Dominus non piuabit bonis ambulantes in innocentia; *qualis erat & iste qui dicebat: Credo videre bona Domini in terra uiuentium.*

CAP. XI.

Gravius damnum est fidei & iustitiæ, quam vestis vel pecuniæ.

Sed interea tamen à labore, quo corpus exercetur, quo cupiditas refrenatur, cessandum non est; donec ueniat ad illa bona, ubi quies est sempiterna. Hinc est enim illud; In labore manducabis panem tuum. Hinc etiam & illud; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Iugum enim meum leue est, & onus meum leue. Non enim poterit labor finire, nisi hoc quisque diligit, quod inuito non possit auferri. Nam cum ea diliguntur, quæ possimus contra uoluntatem amittere, necesse est, ut pro his miserimè laboremus: & ut hæc adipiscamur, in angustiis terrenarum ærumnarum, cum sibi quisque illa rapere, & præuenire alterum, aut extorquere alteri cupit,

iniu-

iniustitias machinatur. *In hoc genere mali, non iustus iustum laedit, sed qui iustus est, laeditur ab iniusto.* Non enim qui iustus est, alicui machinatur iniustitiam. Sed uenit fieri potest, ut iniquitas prius lædat hominem iustum, in quem procedit, quam cor iniustum, unde procedit? Itaque fraudator pecuniæ, uerbi gratia, dum cupit auium damno lacerare, ipse auaritiæ uulnere sauciatur. Quis autem uel demens non uideat quantum inter hos distet; cum ille patitur damnum pecuniæ, ille innocentia? Ergo in eo quod fraudem facit, fraudem patitur. Quod iam dudum dixi, quale cor habet quis, ut lucretur, uel uestem, & perdat fidem? Ille cui tulit uestem, passus est fraudem, an ille qui tanto damno percutitur? Si pretiosior est uestis quam fides; maior damno ille afficitur. Si autem incomparabiliter fides excedit totum mundum, ille uidebitur damnum uestis perperis; huic autem dicitur: Quid prodest homini, si totam mundum lucretur, animæ autem tuæ damnum patiatur? *An uero hoc grauius illo non est?* Positus itaque si fueris in angustiis, ut tibi damno pecuniæ, aut damno iustitiæ afficiaris: dicitur tibi, Perde potius pecuniam, ne perdas iustitiam. Tu autem, cui non dulcis est in ore iustitia, contristatus eligis aliquando magis amittere aliquid de iustitia, quam vel numerum de pecuniæ; & percutis te damno grauiore, implens diuitiis lacellum tuum, & exinaniens uirtutibus cor tuum. O homo, cor tuum sit potius arca Dei, plena Deo, ubi habitent diuitiæ Dei: ubi sit numerus Dei mens tua, habens imaginem Imperatoris tui: ne aliquando de te dicatur: Sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & præualuit in uanitate sua. Quid enim uanitas eo, qui putat plus ualere numerum, quam Deum: *si ipem, quam fidem?* Ecce peccasti, & lucrum fecisti. Quid est, quod fecisti lucrum? Ut lucrum faceres, Deum offendisti. Ut augeres pecuniam, fides diminuta est, & aurum crescit. Quid perdidisti? & quid acquisti? Quod acquisisti, aurum uocatur: quod perdidisti, fides uocatur. Compara fidem auro. Si uenalis esset in mundanis fides, haberet pretium. Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas? De arca gaudes, de corde non plangis? Abundat nescio quid in arca tua, sed uide quid imminutum sit in corde tuo. Cum aperueris arcam, inuenis solidos qui non erant. Bene, quia gaudes tibi esse quod non erat. Attende arcam cordis. Erat tibi fides, sed nō est. Si hoc gaudes, quare hoc non plangis? Plus perdidisti quam acquisisti:

B 2

V 28

Matth. 5.

Psal. 73.

Psal. 26.

In Psal. 73
in fine.
Gene. 3
Matth. 21.

In Psal. 73
in fine.

Math. 16.

In Psal. 43
in fine.

In Psal. 65
in medio.

In Psal. 123
in medio.

Vis videre quid perdidideris? Nec naufragio tibi posset auferri.
 Quid ergo acquisisti? Tolle tecum ad inferos, quod acquisisti. Quid facturus es? Acquisisti aurum, perdidisti fidem. Post paucos dies exis de hac vita; aurum quod acquisisti perditur, fide, auferretur tibi non potes. Cor tuum inane fidei ad perniciem exit, quod plenum fide ad coronam exiret. Ecce nihil est quod fecisti, & propter nihil Deum offendisti, quando quod peccando acquisisti, ut etiam nihil tibi prodesset, sed magis obesset, effecisti.

CAP. XII.

Quibus modis excusent se iniusti negotiatores de auaritia.

Avdiant hac nostri negotiatores, & mutant vitam: & si fuerint aliquando iniusti, deinceps non sint: quicquid non iustum est, non cognoscant: quod fuerunt, obliuiscantur: postremo non approbent, non laudent, improbent, damnent, mutantur, si peccatum est talis negotiatio. Hinc enim auiditate (nescio qua) acquirendi, & negotiari, quando damnatum passus fueris, blasphemias, & pro pretiis rerum, quas vendas, non solum mentiris, verum etiam falsum iuras. Corrigan te Christiani, non sic negotiator. Sed ait mihi negotiator: Ecce ego ad te ro quidem ex longinquo merces ad ea loca in quibus non sunt ea quae attulero: unde viuum, tanquam mercedem laboris mei peto, vt carius vendam, quam emerim. Unde enim viuum, cum scriptum sit, Dignus est operarius mercede sua? Sed agitur de mendacio, de periurio. Hoc vitium meum est, non negotiationis: neque enim non, si vellem, possem agere sine isto vitio. Non ergo culpam auctor ad negotium transfere, sed si mentior, ego mentior, non negotium. Possem enim dicere: tanto emi, sed tanto vendam: si placet, eme. Non enim itam veritatem audiens emptor repelleret, & non omnes potius accurrerent: quia plus fidem quam mercedem diligenter. Hoc ergo, inquit, me mone, ne mentiar, ne periurem: non vt abiciam negotium, vt me tranfigo. Quo enim vocas, quando hinc reuocas? Forde ad artem aliquam? Ero sutor, calciamenta faciam hominibus. Mendaces enim & ipsi non sunt? Periuri & ipsi non sunt? Nonne locatis ab alio calciamenti, cum acceperint ab alio pretium, dimittunt quod faciebant, & suscipiunt alteri facere, & fallunt eum cui promiserant citose facluros? Nonne sepe dicunt: hodie facio, hodie impleo?

Deinde

Deinde in ipsa futura tantas fraudes non faciunt? Faciunt ista, & dicunt ista: sed ipsi mali sunt, non ars quam profitentur. Si omnes ergo artifices mali, Deum non timeant, vel pro lucro, vel pro timore damni aut egestatis, mentiuntur aut periurant: quomodo reuocas me à negotiatione? An vt agricola sim, & aduersus Deum tonantem murmurem, vt grandinem timens, fortilegum consulam, vt quæram, quid faciam contra caelum, vt optem pauperibus famem, quod possem vendere, quod seruam? Ad hoc me adducis? Sed non ea faciunt, inquis, agricolæ boni. Nec illa negotiatores boni. Quid enim! Vtrum & filios habere malum est, quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas sacrilegas & incantationes quarunt? Ista hominum, non rerum peccata sunt. Potest mihi hoc dicere negotiator. Quare ergo, inquit, quemadmodum intelligas negotiationes, quas legit in platerio: ne forte tu non intelligas, & me à negotiatione prohibeas. Mone ergo quemadmodum viuum. Si bene; bene mihi erit: vnum tamen scio, quia si malus fuero, non negotiatio mihi facit, sed iniquitas mea. Verumne dico? Et quando verum dicitur, non est quod contradicatur. Assentior. Sed habeo adhuc quod contra te, o negotiator, dicam. Nunquid Abel iustus, negotiator fuit? Vnde se Genes. 4. transiit, quam diu vixit: Nomen in sudore vultus sui vesebat. Ibidem 1. pane suo? Quid Enoch, quid Noë vir agricola, quid Patriarcha Genes. 9. pastores ouium fecerunt; negotiati sunt: Et vixerunt tamen. Ibidem 47. quidam eorum diuitius etiam vixerunt: sed non de eo, quod illos sustentaret, male solliciti fuerunt. Quis Israelitarum exequentium Exod. 16. de Aegypto. tantam multitudinem panis? nomen Deus eorum & Dominus? Quis panis Heliam? Coruus & paupercula vidua, inssi à Deo ministrari: Propheta. Denique sanctus ille Iannes, 3. Reg. 17. in deserto vicitans, unde sustentatus fuit: locustisne & melle Math. 4. siluestribus Et Dominus Iesus. cum quadraginta dies & noctes ieiunasset, possetque sibi lapides in panes mutare; esurire tamen dignatus est. ac deinde ab angelis sibi voluit ministrari. Quare autem hac dico: Vt te doceam o negotiator; si sanctorum vitam imitari. & à negotiatione cessare velis; nunquam Deo deserturum vide te sustentet. Hoc ergo age in omni negotio tuo, quod agere necesse est, non vt viuas simpliciter, sed vt bene viuas. Vitus autem bene, si inssi viuas.

Non habemus litteraturam; ibi legit August. negotiatio-nes.

CAP. XIII.

Quomodo de sua iniustitia se excusent fœneratores, & similes farina homines; ne avari videantur: cum iniustitia amantibus, & timentibus Deum nihil desit.

17 In Psal. 128.
in medio.

A Vident etiam fœneratores dicere: Non habeo vnde vivam. Hoc mihi & latro diceret, deprehensus: hoc & effractor diceret, deprehensus circa parietem altissimi: hoc mihi & leuo diceret, emens puellas ad prostitutionem: hoc & maleficus incantans mala, & vendens malitiam suam. Quicquid talie prohibere conaremur, responderent cœnes, quia non haberent vnde viderent, quia inde se pascere: quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia vitam nequirat delegerunt, vnde vitam transigant: & insule volunt pascere, vnde offendant eum à quo omnes pascuntur.

2 In Psal. 113.
conc. 21. in medio.

Dicitur illis, *Nolite malè agere*, nolite fraudem facere. Dicunt: Vnde me paico? Non potest ars sine impostura esse: non potest negotium esse sine fraude. Sed fraudè punit Deus Time Deum. Sed si timere Deum, non habeo vnde vivam.

Psal. 33.

Quid ergo est quod dicis? Time Deum omnes sancti eius quoniam nihil deest timentibus eum: Copiam promittit timido & dubitanti, ne si forte timerit Dominum, & desererit illum superflua. Pascebat se Dominus contententem se, & deseret te timentem se? Attende, & noli dicere: Ille dives est, ego pauper sum: ego timeo Dominum, ille nō timendo quantum acquisivit? & ego timendo nudus sum. Vide enim quid sequitur: Divites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuuntur omni bono. Sed si ad literam accipias hoc, videtur te fallere. Respicias enim multos divites iniquos mori in divitiis suis, non factos fuisse pauperes cum vivunt: vides illos fenescere, perducì ad ultimum vite iate: magnas copias divitiarum, celebrari eis pompam funeris & magnis effusionibus: perducì ad sepulchrum divitem, qui à expiravit in lectis eburneis, circumfusa familia suorum: & dicitur in animo tuo, si forte nosti aliqua & peccata & scelera ipsius: Ego novi quanta fecerit iste homo: ecce senuit, mortuus est in lecto suo, deducunt illum sui, pompa tanti funeris celebratur: agnovi, quæ fecerit, decept me scriptura, & defecit, vā audiat: & canto: Divites eguerunt, & esurierunt. Quando iste inops fuit? quando esuriit? Inquirentes autem Domini

Psal. 33.

non

Psal. 33.

non minuētur omni bono. Quotidie ad basilicam surgo, quotidie genu flecto, quotidie inquit Dominum, & nihil boni habeo: iste non inquisivit Dominum, & inter tanta bona defunctus est. Sic cogitant suffocant laqueus scandali. Esam enim mortalem querit in terra, & veram mercedem non querit in celo: & nutrit caput in laqueum Diaboli: constringuntur ei fauces, & tenet Diabolus ad malefaciendum: & sic imitatur illum diuitem, quem videt in tanta copia defunctum. Noli ergo sic intelligere. Et quomodo intelligam? in bonis spiritalibus. Sed vbi sunt? Non videntur oculis, sed corde. Non video, inquit, ipsa bona. Videt illa, qui amat. Iustitiam non video. Non enim aurum est, non argentum est. Si aurum esset, videres: quia si des est, non vides. Et si non vides fidem, quare amas servum fidelem? Interroga te ipsum, qualem servum diligis. Fortè habes servum formosum, staturosum, bene compositum: sed furem, nequam, fraudulentum. Habes autem alium fortè parvum statura, deformem facie, colore tetrum; sed fidelem, parvum, sobrium. Attende, rogo te, quem istorum duorum diligis? Si oculos carnis interrogas; vicit apud te pulcher iniustus; si oculos cordis; vincit deformis fidelis. Ergo quod vis, vt exhibeat tibi alter, id est, fidem: exhibe illi & tu. *Noli fœnerari, noli quemquā fraudare, quantavis inopia labores, quamlibet indigeas: noli errare.* Ferenda est enim magis omnis necessitas, quam perpetranda aliqua iniquitas. Tamè aliud est de necessitate peccare, aliud in abundantia. Pauper mendicis furtum facit, ex macie processit iniquitas. Divies abundans rebus raris, quare diripit res alienas: ideo macro cum dicit, Quare hoc fecisti? humiliter afflictus & abiectus responderet, Necessitas coegit me. Quare non timuisti Deum? Egestas compulit. Dic diviti: Quare hæc facis, & non times Deum? (Sitamentantus es, qui possis dicere?) vide si vel dignatur audire. Iam enim præceptoribus & correptoribus suis inimicis divites indicant: & sunt inimici verum dicentibus; iam facti palpari verbis adulantium, aure molli, corde non sano. Quis dicit diviti; malè fecisti rapido res alienas? Aut fortè, si autus fuerit aliquis dicere, & talis est cui nō possit ille resistere; quid responderet? Totum in contemptu Dei loquitur. Quare? Quia superbus est, quia avarus est; & magis aurem præbet Diabolo suggerenti spem lucri de manifesta rapina, quam Deo promittenti salutem de pii timoris & laboris disciplina. Quod

Vide in Psal. 123. in med. & in Psal. 16. conc. 1. post initium.

3 In Psal. 72. in medio.

4 To. 5. Lib 7.
decciv. ca. 3.
1 Serin 19. de
verb. Domini,
qui D. Maxin.
alfoib.
6 Tom. 1 lib. 9
de Tunit. ca. 9.
Iean. 4.
Esa. iiii. 17.

quidem in ipsis diuitibus si bene advertatur, non debet min
videri: cum in omni genere humano plures alluciat auar
quam pericia. Et in eis ipsi qui sunt artificiosi, raro inue
hominem, qui non habeat ariem suam pecuniaria mere
venalem: pluriusque pendatur semper propter quod aliquis
quam id quod propter illud fit. Vtique adeo autem hoc
olevit malum. Et iam quasi ex consuetudine vendantur le
corrum-patur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla iam
possit esse sine causa. *Quare?* Quoniam non sufficit auar
nosse & amare aurum, nisi & habeat; neque nosse & amare
nores & imperia, nisi proueniat. Quae tamen omnia nec ade
sufficiunt. Qui enim biberit ex hac, inquit Christus, aqua, si
iteru. Ideoq; & in psalmo; Concepit, inquit, dolor, & pep
inquitatem. Dolorem, vel laborem dicit coepit, cum eae
cipiuntur, quae nosse ac velle non sufficit, & inardescit ac
agrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat & quasi
riat ea: (vide elegantem in Latina lingua parva dicuntur &
perta atque comperita; quae verba quasi a parua dicta refona:
Quia concupiscentia cum conceperit, patit peccatum.

Iacobi 1.

CAP. XIII:

Christi sententia explicatur; Cauete ab omni auaritia;
& exemplum diuitis stulti adiungitur.

1 D August.
Ser 91 inter
inter Loua.
est Serin. 169.
de temp.
Iuc. 12.
Vide Serin 61.
inter Aufer.
in editione
Plant. ni.

Præcepit autem nobis veritas, quæ nec fallit, nec fallitur
audiamus, timeamus, caueamus. Quid ergo præcepit
Dico, inquit, vobis, abstineat ab omni auaritia. Quid est
omni auaritia? Quid est, Ab omni? Quare addidit, Ab omni
Posset enim & sic dicere; Cauete ab auaritia. Pertinuit ad eum
adderet, Ab omni, & diceret; Cauete ab omni auaritia. Qu
hoc dixerit, velut occasio ipsa, vnde natus est sermo, appa
nobis in sancto Euangelio. Interpellauit enim eum quidam
contra fratrem suum, qui totum patrimonium abstulerat, &
fratri suo partem suam non reddebat. Quam bonam ergo ca
sam habuerit iste interpellator, aduertis. Non enim rape
quarebat ali: nã, sed sua à parentibus sibi relicta quarebat.
Domino interpellato & iudic æte posebat. Habebat inique
fratrem: sed iustum iudicem inuenerat contra iniquum fra
trem. Debet ergo perdere intam bona causa occasio esse
istam? Aut quis diceret fratri eius; Redde partem suam fra

mo, si Christus non diceret? Ille iudex hoc dicturus erat,
quem furto frater ditior, & raptor, præmio corrumpebat: al. for. 2.
Miser ergo & paternis opibus destitutus, tali ac tanto iudice
inuenro, accedit, interpellat, rogat, causam suam breuissimè
exponit. Vt quid enim opus erat causam perorare, quando ei
loquebatur, qui cor poterat & videre? Domine, inquit, dic fra
tri meo, vt diuidat tecum hæreditatem. Non ei dixit Domi
nus: Veniat frater tuus; sed nec misit vt adesset; aut cum af
fuisset, interpellatori dixit: Proba, quòd dicebas. Petebat di
midiam hæreditatem. Petebat in terra dimidiam: & in celo
Dominus offerebat totam. Plus Dominus dabat, quam ille po
stulabat. Sed audiamus & iudicantem & docentem. Homo, 1
ait homo. Qui enim pro magno habes ista hæreditatem, quid
es nisi homo? Volcabat illum facere aliquid plus quàm est homo.
Quid cum plus volebat facere? Dico vobis: Ego dixi, Dij estis,
& filij altissimi omnes. Ecce quod eum volebat facere; inter
deos numerare, qui auariciam non habet. Homo, quis me, in
quit, constituit diuiforem inter vos? Petisti beneficium, audi
consilium. Ego dico vobis; Cauete ab omni cupiditate. Forè,
inquit, tu auarum & cupidum dices, si quæreret aliena: ego
autem dico, cupidè & auarè nõ apperas nec tua. Cauete, inquit.
Quid? Vnde: Ab omni auaritia. Meum seruo, alienum non
tollo. Non solum auarus est qui rapit aliena: sed & ille auarus
est, qui cupidè seruat sua. Sed si sic culpatur qui cupidè seruat
sua: quomodo damnatur, qui rapit aliena? Vide quid mali 1
facias, non audiendo Christum dicentem, Cauete ab omni
auaritia. Ecce amas tua, non tollis aliena: de labore habes: de
iustitia habes: heres relictus es: donauit tibi, quem promeruisi:
 nauigasti, periclitatus es, fraudem non fecisti, mendacium non
iurasti, quod Deus voluit, acquisuisti: & seruas cupidè tan
quam in bona conscientia, quia non habes de malo, & non
quæris aliena. Si non audieris illum, qui dixit, Cauete ab omni
auaritia: audi quanta mala facturus es propter tua. Ecce con
tigit, verbi gratia, vt fieres iudex. Non corrumperis, quia non
quæris aliena: nemo tibi dat præmium, & dicit: Iudica contra
aduersarium meum. Absit homo, qui nõ quæris aliena. Quan
do tibi hoc persuaderi potest? Vide quid mali facturus sis pro
pter tua. Ille qui vult vt malè iudices, & pro iplo seras ten
entiam contra aduersarium ipsius, forè potens homo est, &
potest tibi calumniam facere, vt perdas tua. Attendis potentiam

1 Ibidem sup.

Psalm. 72.

Luc. 12.

1 Ibidem supra.

Luc. 12.

iplius, cogitas illam, cogitas tua, quæ seruas, quæ amas: quæ possedisti, sed quibus malè inhæstiti. Attendis vitium, propter quod liberas virtutis non habes pennas: & cis apud te ipsum, Offendo hominem istum: multum peccas ad tempus, iuggerit de me mala, & proseribor, & perdo quod habeo. Iudicaturus es malè, non cum quaris aliena, sed cum seruas tua. Ex hac ergo occasione, quia interpellator partem suam quærebat, non alienam inuadere cupiebat: non est ista sententia Domini, vt non diceret: Cauete ab auaritia sed adderet, Ab omni auaritia. Parum fuit: dat alterum exemplum de quodam diuite, cui successerat regio. Quid est successerat? Magnos fructus attulerat regio, quam possidebat. Quam magnos fructus? vt non inueniret vbi poneret: facti ei subito per abundantiam angustus, anarus antiquus. Quæ enim anni iam transierant, & tamen horrea illa suffecerant. Tantum ergo natum est, vt loca non sufficerent quæ solerent, & quærebat consilium miser, non quomodo erogaret quod plus natum erat, sed quomodo reseruaret. Et cogitando inuenit consilium. Destruam, inquit, horrea vetera, & faciam ampliora, & implebo ea: & dicam animæ meæ: Anima, hæc multa bona in annos plurimos reposita, requiesce, manduca bibe, epulare. Hoc dixit sapiens inuentor consilij, animæ suæ. Et Deus ad illum, qui nec cum stultis loqui designatur: Stulte, inquit, stulte, quid tibi sapiens videtis? Hodie repetitur te anima tua, cui dixisti: Habes multa bona: hodie repetitur & nullum habet bonum. Contemnat hæc bona, & sic bona, vt, quando repetitur, exeat secura. Quid enim est illi quius illo homine, qui multa bona vult habere, & bonus ipse non vult? Indignus es, qui habeas, qui non vis esse quæ vis habere. Nunquid enim vis habere villam malam? Ne vitique, sed bonam. Nunquid vxorem malam? Non, sed bonam. Nunquid denique casulam malam? nunquid velatam malam? Quare animam solam malam? Non hic diu stulto huic vana cogitant, horrea ædificant, & ventres pauperum non vident: non illi ait, Hodie anima tua rapietur gehennam: nihil horum dixit: sed, Repetitur à te: *vt quam diceret: Propterea repetitur, quia ipsa bona non est, sed tam multa bona præparasti.*

†tibidē supra.

Luc. 12.

CAP. XV.

Exemplum diuitis purpurati proponitur, qui non quia aliena rapuit, sed quia sua sibi seruauit, damnatus est.

NUnquid ergo iste diues aliena quærebat? Fructus suos colligere disponebat; vbi poneret, consulebat: non de cuiusquam vicini agris, non limite perturbato, non spoliato paupere, non circumuento simplice: sed tantummodo de suis colligendis cogitabat. Cum ergo se prudentissimum consilium inuenisse arbitraretur, de apothecis veteribus angustis deiciendis, & amplioribus nouis ædificandis, & omnibus suis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiscendis atque rapiendis; ait illi Deus, Stulte, vbi tibi sapiens videris, ibi stulte. Stulte, inquit, hæc nocte repetit à te animam tuam; hæc, quæ præparasti, cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt: si erogaueris, tua erunt. Quid, inquit, reponis quod relicturus es? Ecce increpatus est stultus malè recondens. Si stultus est qui recondit sua: tu inueni nomen ei qui tollit aliena. Si sordidus est reconditor suorum, vlcerosus est raptor alienorum. Sed non qualis ille vlcerosus, qui iacebat ante ianuam diuitis, & cuius canes lingebant vlcera. Ille enim vlcerosus erat in corpore, non raptor in corde. Fortassis aliquis respondeat, & dicat: Non valde magna pœna erat illi homini, cui dixit Deus, stulte. Non sic dicit Deus, stulte, quomodo homo dicit. Tale enim in quenquam Dei verbum, iudicium est. Nunquid enim Deus stultis daturus est regnum cælorum? Quibus autem non est daturus regnum cælorum, quid eis refiat, nisi pœna gehennarum? Conucere hoc videmus aperte hoc manifestè que videamus. Nam & ille diues, ante cuius ianuam iacebat pauperissimus vlcerosus, non est dictus raptor rerum alienarum. Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura & bysso. Diues, inquit, erat. Non dixit, calumniator: non dixit, pauperum oppressor: non dixit, rerum alienarum aut delator aut receptor: non dixit, pupillorum expoliator: non dixit, viduarum persecutor. Nihil horum: sed, Erat quidam diues. Quid magnum est? Diues erat, de suo diues erat. Cui aliquid tulerat? Quod ergo eius crimen, nisi iacens ante ianuam vlcerosus, & non adiutus? Hoc enim aperte de illo dictum est, quod immisericos erat. Nunquid enim si pauper ille ante ianuam iacens, sufficientè panem à diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de micis que

† D. August.
serm. 19 de
verbis Apost.

Luc. 16.

CA.

Nota. quæ cadebant de mensa diuitis? Propter hanc solam inhumanitatem, qua contemnebat pauperem, ante ianua suam nitentem, nec congruè digneque pascebar; mortuus est, & sepultus. Et cum apud inferos in tormētis esset, leuauit oculos suos, vidit pauperem in sinu Abrahe. Et quid pluribus immoretur. Desiderauit guttam, qui non dedit micam. Nonne acceptam iustam sententiam, qui nō dedit propter crudelem auaritiam? Si hæc erga pœna est auarorum; quæ pœna raptorum? Seda mihi raptorum retum alienarum: Ego similis illius diuitis notum: Agapen facio, inclusus in carcere victum mitto, vnde vestio, peregrinos suscipio. Dare te putas, tollere noli, & edidisti. Cui dederis, gaudet: cui abstuleris, plorat. Quem duorum iutorum exauditurus est Dominus? Dicis ei cui dederis: Gratias age, quia accepisti: sed alter tibi et alia parte dicit: Ego gremio, cui abstulisti. Et penè totum tulisti, & exiguum illi dedisti. Si ergo quod alteri abstulisti, egētibz dedisses; nec talia opera diligit Deus. Dicit tibi Deus: Stulte, iussu vt dares, sed non de alicno. Si habes, da de tuo. Si non habes quod de tuo; melius nulli dabis, quàm alteros spoliabis. Dicitur est Dominus Christus, cum in iudicio suo sederit, & alios ad dexteram, alios ad sinistram separauerit, bene operantibus: Venite benedicti patris mei, percipite regnum: Esurienti, & deditis mihi manducare. Attende etiam quid sinistris dicitur est: Ite in ignem æternum. Quare? Elurui enim, & non deditis mihi manducare: nudus fui, & non vestistis me. Si ergo in ignem æternum ibit, cui dicitur est Christus; Nudus fui, & non vestisti me: quem locum habebit in igne æterno, cui dicitur est; Vestitus fui, & spoliasti me? Hic fortasse vt eadaz hanc vocem, ne tibi dicat Christus, Vestitus fui, & spoliasti me; murata consuetudine, cogitas spoliare paganum, & vestire Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, imò nunc respondet tibi per seruum suum quem emungit ministrum suum: Et iam hic parce damnis meis. Cum enim tu, qui Christianus es, spoliast pagani, impedis fieri Christianum. Etia & hic fortasse respondebit adhuc: Ego non odio parauingero, sed dilectione potius disciplinæ. Ideo spolio paganum, vt per hæc acterama ac salutarem disciplinam faciam Christianum. Audire & credere, si quod abstulisti pagano, redderes *in factio* Christiano. Ferrè & hoc secum cogitat aliquis, & dicit: Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habeo peccatum, si illis abstulero, &

Math. 25.

1 Hom. 7. inter 50. de sumpta ex ferm. 19. de verb. Apostol.

pauperibus dedito. Vnde enim illi nihil boni faciunt, mercedē habere poterō, si ego elemosynas dedito. Etiam in hacre parca vnusquisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli caliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat quod abstulerit, addit potius peccata, quàm minuat.

CAP. XVI.

Auari malè intelligunt hanc scripturam: Nemo quod suum est querat: sed quod alterius.

Diximus iam multa contra vnum vitium rapinarum quæ res humana & vsquequaque vastantur. Diximus: sed necdum ista quæ dicta sunt, sufficimus: quia nec etiam ipfis rapacibus & auaris, quantacumque habuerint, quomodolibet acquisita sufficere possunt. Ergo aduersus hoc vitium amplius dimittendum est: & miris eisdem telis consodiendum, quibus ab auarus muniri posse videtur. Nam & quandam scripturam, dum non bene eam intelligit, sibi in hoc vitio patrocinari arbitrantur. Sed quomodo miseri fallantur, iam paucis aperientium est, in lauce enim charitatis ex Apostolo audiuius, Charitas non querit quæ sua sunt. Non querit quæ sua sunt: quoniam donat quæ possidet. Alio loco periculosius dictum est, si non intellexeris. Secundum enim ipsam charitatem præcipiens Apostolus fidelibus membris Christi, ait: Nemo quod suum est querat, sed quod alterius est. Auaritia namque hoc audiō, fraudes parat, vt in negotio quasi alienum quarens, aliquem circumueniat; & querat non suum, sed alienum. Compescat se auaritia: procedat iustitia. Audiamus, intelligamus. Charitati dictum est: Nemo quod suum est querat: sed quod alterius. Verum tu auare, si restitast, & magis ad hoc præceptum redigis, vt alienum concupiscas, perde tuum. Sed quomodo te noui, habere vis & tuum & alienum. Fraudem facis, vt habeas alienum: furtum patere, vt perdas tuum. Non vis querere tuum, sed tollis alienum. Quod si facis, non facis bene: *furtum enim facis*. Audi, o auare, auctora. Apostolus tibi eodem loco apertius exponit hoc quod dixit: Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. At quippe de seipso: Ego autem non quarens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. *Qui eternam salutem fidelibus quarebat, suaderet fraudem? quibus opabat calum, suggereret furtum?*

Quod

1 D. August. Serm. 96. inter diuersos ex edit. Plant. 1 Cor. 13. 1 Cor. 10.

ibidem.

2 Tom. 10.
ex fragmento
Sermon. de De-
calog. quem
citavit Euge-
nius in edit.
Plantini.

3 Quod per turtem, contra hoc præceptum, subducis pro-
mo, de celo perdis. Nemo enim habet iniustum lucrum, nisi
iusto damno. Verbi gratia, Qui furatur, acquirit vestitus: sed
cælesti iudicio amittit fidem. Vbi lucrum, ibi damnum: ubi
libenter lucrum, inuisibiliter damnum. Non ergo fraudem tuas
ob homo, non rapinam, non auaritiam commendat scriptura: sed
quod à te ipsa charitas exeat, tibi veritas ostendit: & proposuit
in Apostolo quod imiteris, ut Dei præceptum perficias.

CAP. XVII.

*Aliena non sunt rapienda; quod illustri exemplo
declatur.*

1 D. August.
Sermon. 170.
de Tempore,
ante finem.

1 Sed fortè inde factus es pauperissimus & egentissimus,
quia nescio quid habebas paternum quod te sustentat,
& calumnia aliqua competitoris abstulit. Gemis hinc, audis
tempora aculias. Quod gemis, si possis, non facis? An non
demus, an non quotidianis exemplis plena sunt omnia? Hæc
quispiam gemebat, quia perdebat sua: hodie peregrinus ad mare-
rem, rapit aliena: si non re, saltem cupiditate. 2 Alius potens est
& rapit; tu in manu raptoris gemis: quia rapere non potes, si
non facis, habeto facultatem, & ibi laudabo domitam cupidi-
tatem. Beatum sancta Scriptura dicit, qui post aurum nec
abiit; qui potuit transgredi, & non est transgressus; qui facere malè
potuit, & non fecit. Tu autem dicis; Nunquam negavi rem
alienam. Quia fortè nemo tibi commendauit, aut fortè com-
mendauit, sed sub testibus commendauit. Dic mihi, red didisti
quando à solo solus accepisti, vbi Deus inter vos fuerat: si
tunc reddidisti: si mortuo eo qui commendauit, nesciens
filio reddidisti, tunc te laudabo, quia post aurum non istis; qui
potuisti transgredi, & non es transgressus; quia potuisti mala
facere, & non fecisti. Si fortè alienum sacculum solidorum,
vbi nemo te vidit in via, inuenisti, & sine vlla mora, ei, cuius
fuerat reddidisti. 3 Ecce hoc: quod propono; in eo te examina,
in eo te appende, in eo ascende ad nicæus tuæ tribunal, & consti-
tue te ante te, & iudica te. Et si te pravum inueneris, corrige te.
Considera quod propono. Deus dicit in lege sua, inuentionem
esse reddendam. Deus in lege tua dicit, quam priori populo
dedit, pro quibus Christus nondum erat mortuus: vt quicun-
que rem cuiuscunque inuenerit, tanquam alienam citò resti-
tuet: quia sine dubio, & si ipse perdidisset, hoc sibi ab alio fieri
voluisset:

2 D. August.
Sermon. 19. de
verbis Apostoli

Eccl. 31.

3 Hom. 9. in-
ter quinta.
quæ est con-
statæ & ser. 19
de verbis
Apostoli.

Leuitic. 6.

voluisset: secundum illud quod scriptum est: Omnia quæ vul-
tis, vt faciant vobis homines, & vos faciatis illis similiter. Si
quispiam, verbi gratia, inueniat in via alienum sacculum soli-
dorum, debet reddere. Sed nescit cui. Se excusat ignorantia, si
non dominetur auaritia. Dicam quid fecerit homo quidam
pauperissimus, eo tempore quo Sanctus Ambrosius Mediolani
erat episcopus, vbi tunc præsens erant etiam Augustinus non-
dum episcopus. Tâ pauper erat ille, de quo loquimur, vt pro-
scholasticus esset grammaticus; sed planè verus & perfectus
Christianus. Sed melior fuit ille qui ad velum stabat, quam
ille qui in cathedra sedebat. Pauper ergo iste inuenit sacculum
ducentorum solidorum: memor tamen diuinæ legis, de qua
iam diximus, proposuit pitacium publicè. Qui solidos perdi-
dit, veniat ad illum locum, vt quærat illum hominem. Ille,
qui plangens circumquaque vagabatur, inuenit & læsto pitaci-
o, venit ad hominem. Et ne fortè alienum quæreret, sed suum;
quæ fuit signa, interrogauit sacculi qualitatem, solidorum etiam
numerum. Cum omnia fideliter etiam ille respondisset, reddi-
dit quod inuenerat: obtulit illi solidos viginti. Noluit accipe-
re. Obtulit decem, noluit recipere. Saltem rogauit, vt vel quin-
que reciperet. Noluit. Ille stomachans proiecit sacculum. Ni-
hil perdidit, ait. Si non vis à me aliquid recipere, nec ego ali-
quid perdidit. Quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus.
Theatrum mundus, spectator Deus. Victus ille, quod offereba-
tur accepit: & continuo totum pauperibus erogauit,
vni solidum in domum suam non misit. Considerate *Christiani*,
tam gloriosum exemplum, & tam admirabile factum. Facite
hoc. Nolite putare vos dampnum pati, si quod à vobis inue-
ntum fuerit, reddideritis. Credite, quia magnum lucrum est,
si feceritis quod suggero. Fortè aliquis veniens, in domo tua
perdidit solidos. Terra communis est, in vna domo estis in
hoc mundo; ambo viatores estis huius vitæ. Vnum stabulum
intraistis. Posuit ille, oblitus esset vel cecidit ab illo. Inuenisti,
qui in lege audisti inuentionem esse reddendam. 4 Quis in-
uenisti? Christianus. Quis inuenisti? Qui legem audisti. Qui
cum audires multa, laudasti; tu inuenisti. Si ergo veraciter lau-
dasti, redde quod inuenisti. Si ergo non reddidisti quod inue-
nisti; quando laudasti, testimonium contra te dixisti. Nam quod
inuenisti, & non reddidisti; rapuisti. Quantum potuisti, fecisti. Nota,
quia plus non potuisti, ideo plus non fecisti. Qui alienum negat;
si possit,

Loquitur de
sermo Augu-
stin. tan-
quam de al-
tero.

4 D. August.
Sermon. 19. de
verbis Apostoli.

Nota.

si posset, & tolleret. Quod non tollis, timor prohibet: bonorum facis, sed malum metuis. Quid est magnum, timor malum? Magnum est, non facere malum? Magnum est, amare bonum. Nam & latro timet malum, & ubi non potest, non facit: & tamē latro est. Deus enim cor interrogat, non manum. Lupus venit ad ouile ouium, quaerit inuadere, quaerit inolare, quaerit deuorare. Vigilant pastores, laerant canes; non potest, non aufert, non occidit: sed tamen lupus venit, lupus redit. Nunquid quia ouem non tulit, ideo lupus venit, & occidit? Lupus venit: tremens, lupus redit tremens: lupus est timor & tremens & tremens. Interroga ergo te, & vide, si timor facis malū; quādo potes facere, & ab homine non puniri. Time Deū, quando nemo est tibi, nisi tu, & ille, cui facis malum: & Deus, qui ambos videt. Parum autem est tibi dico, Ibi timor malum: imō ibi ama bonum. Nam etiā si timore gehennae non facis malum, nondum es perfectus: audeo dicere, si timore gehennae non facis malum; est quidem in te fides, quia credis futurum Dei iudicium: gaudeo fidei tuae, sed adhuc time malitiae tuae. Quid est, quod dixi? Quia si timore gehennae non facis malum; non amore iustitiae facis bonum. Aliud est timere poenam: aliud est amare iustitiam.

CAP. XVIII.

Bonus bene vititur auro, malus malē.

Quemadmodum ergo hi, qui ad malum alicui inuenerunt, aut ad illatum sibi vindicandam, potentes videntur et secundo, laudantur, quando minus faciunt quam possunt: sicut sum laudauit scriptura, qui potuit transgredi, & non est transgressus, qui post aurum non abiit. *Hocine audis, Christiane?* Post te debet ire aurum, non tu post aurum. Nam bonum est aurum. Non enim aliquid mali creauit Deus. Tu noli esse males, & bonum erit aurum. Ecce pono aurum, inter hominem bonum & malum. Tollat malus: inopes opprimuntur, iudices corrumpuntur, leges percutiuntur, res humanae perturbantur. *Quare?* Quia aurum tulit malus. Tollat bonus: pauperes pascentur, nudati vestiantur, oppressi liberantur, captiui redimuntur. Quanta bona de auro possit habere bonus: quanta mala de auro quod habet malus? Vt quid ergo dicit aliquando stomachatus? O si non esset ipsum aurum. Tu noli amare aurum. Si malus es, si post aurum: si bonus es, si post te

Quid est, si post te? Tu ducis, non duceris: quia possides, non possideris. Non faciunt bonos mores, nisi amores boni. Tollatur aurum de rebus humanis: imō adsit aurum, vt probet res humanas. Praedicatur lingua humana propter Dei blasphematores: & vnde crūt Dei laudatores? Quid tibi fecit lingua? Sit qui bene canter; bonum est organum. Da mentem bonam ad linguam: bona dicuntur, discordes concordantur, lugētes consolantur, luxuriosi corripuntur, iracundi refrenantur, Deus laudatur, Christus commendatur, mens ad amorem inflammatur, sed diuinum, non humanum; spiritalem, non carnalem. Haec bona facit lingua. *Quare?* Quia bona est mens, quae vitur lingua. Da malum hominem ad linguam: erunt blasphematores, litigatores, calumniatores, delatores. Omnia mala de lingua, quia malus est qui vitur lingua.

CAP. XIX.

Quaedam bona solum in bonis sunt: quaedam bonis & malis communia.

Quapropter non tollantur res de rebus humanis: sint res, & adsit vsus rerum bonarum. Alia enim sunt bona quae non sunt nisi in bonis: & alia sunt bona quae sunt communia bonis & malis. Bona quae non sunt nisi in bonis, pietas, fides, iustitia, prudentia, modestia, charitas, & cetera huiusmodi. Bona quae sunt communia bonis & malis, pecunia, honor, huius saeculi potestas, administratio aliqua, salus ipsa corporis. Et haec bona sunt, sed bonos quaerunt. Iam hic murmuratur, Reprehensor & arguenteator mox mihi obiecturus est: *Ecce quare Deus, qui omnia gubernat; bona ista dat malis? Non illa daret nisi bonis. Expectas à me audire consilium Dei? Audi.* Quod ista bona dat Deus & malis, si vis intelligere, eruditio tua est, non aduersitas Dei. Hinc est quod surrexit quibusdam lethalis impietas, vt animo credant, Deum non aspicere res humanas. Dicunt enim & disputant: Nunquid si Deus res humanas attenderet, haberet ille diuitias, haberet ille honores, haberet ille potestatem? Non curat Deus res humanas. Nam si curaret, ista solis bonis daret. Redi ad cor, & inde ad Deum: De proximo enim redis Deum, si redieris ad cor tuum. Nam quando te ostenderunt ista, existi & aere. Exul factus es & pectoris tui. Moueris rebus quae sunt foris à te, & perdis te. Tu intus es; ista foris adiacent. Foris bona sunt, sed foris

foris sunt. Aurum, argentum, omnis pecunia, vestes, clientelae, familiae, pecora, honores. foris sunt. Si ista bona interna, bona terrena, bona temporalia, bona transitoria non donarentur malis, crederentur bona esse à bonis. Ergo Deus, qui dat ista bona, te docet concupiscere meliora. Ecce dico: Ista mercede ratione rerum humanarum quodammodo te alloquitur. De pater tuus; & quasi puerum desipientem docet his verbis: quae sicut possum, profero ad te tanto fidentius, quanto magis ille dignatur manere in me. Constitue tibi dicere Deum: te renouavit, quae te adoptavit: ó fili, quid est, quòd queris surgis, & genu figis, & fronte terram percutis, & quando etiam lacrymas, & dicis mihi; Pater meus, Deus meus, da mihi diuitias? Si dem tibi aliquid boni, tunc pete magis aliquid adeptum. Quia petisti accepisti: fac bene. Antequam haberes, humilis eras; habere diuitias petisti, & pauperes contempsisti. Quale bonum est unde peti factus es? Peior factus es, quia malus eras; & quid te peior posse facere, nesciebas. Ideo hæc à me petebas. Dedi & petisti; inuenisti, & inuentus es. Latebas quando non habebas. Corrige, ne omne cupiditate, bibe charitatem. Quis magnum quod à me petis? Dicit tibi Deus tuus: Nonne quibus ea dederim? non vides qualibus ea dederim? magnum bonum esset quod à me petis, haberet hoc habet haberet hoc perfidus, haberet hoc blasphemator meus, habet hoc infamis, haberet meretrix impudica: Hi omnes habent, si magnum bonum esset aurum: Sed dicis mihi: Non ergo bonum aurum. Imò bonum est aurum, *(ait enim per prophetam Deus, Meum est aurum. & meum est argentum)*: mala faciunt de bono auro mali: bona faciunt de bono aurum boni. Et vis videre, quam iusti iudicis res est aurum & argentum? Avarus unde torquetur, inde misericors adiutor rem suam diuina distribuit iustitia, & rectè facta inde manifestantur; & peccata inde puniuntur. Nunquid non aurum & argentum, atque omnis terrena possessio, & exercitatio humanitatis est, & supplicium cupiditatis? Cùm talia Deus non hominibus tribuit, ostendit in eis, quanta condemnat animi: cuius diuitiæ sunt ipsè Deus qui tribuit. Non enim peius quisque apparere contemptor, nisi eius rei; cuius possessore factus est. Nam & qui non habent, possunt ista contemnere: sed vtrum fingant, an verè contemnunt, Deus videt, qui cogit

Inspector est: hominibus autem, vt imitari possint, cogitatio contemptoris non nisi in manibus erogantis inspicitur. Cùm autem malis hominibus Deus ista concedit, ostendit in eis quomodo, & in ipsis bonis quæ Deus largitur, crucietur animus, cui vitium qui tanta largitur. Bonis autè administrat occasiones beneficiorum, malos autè torquet timore damnorum. Et ideo si amittant vtrique aurum & argentum: isti caelestis diuitias læto corde retinebunt; illis autem & bonis temporibus inanis domus, & bonis æternis inanis conscientia remanebit. Illius est ergo aurum & argentum, qui nouit vti auro & argento. Nam etiam inter ipsos homines tunc quisque habere aliquid dignus est, quando bene vitium: nam quod iuste non tractat, iure non tenet. Quod autè iure non tenet, si suum esse dixerit, non erit vox iusti possessoris, sed impudencis incubatoris improbitas. Quapropter si homo non importune dicit aliquid suum, non quod iniqua & stulta cupiditate occupauerit, sed quod prudentissima potestate, & moderatione iustissima tractauerit: quanto magis Deus verè ac perfectè suum esse dicit aurum & argentum, quod & largissima bonitate condidit, & iustissimo administrat imperio: vt sine ipsius nutu atque domino, nec mali ad avaritiam supplicium, nec boni ad vnam misericordiam possint habere aurum & argentum? Quod tamen instituire pot sit, & vt alteri adsit, alteri desit; distribuere atque ordinare non possunt. Si autem solis bonis in potestate daretur aurum & argentum, rectè putaretur magnum aliquid bonum. Rursus, si solis malis deesset, videretur magna pœna paupertas. Si autè solis bonis deesset, videretur summa beatitudo paupertas. Nunc verò si scire vis aurum posse bene haberi, habent & boni: non eos per aurum bonos esse, habent & mali. Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum & administrator Deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit, quamuis non summum & magnum bonum: copia verò eius non extollat bonos, nec lædat inopia: malos autem & cùm auferretur ex cruciet. Et sic per hoc malis malum est aurum & argentum, & bonis bonum: non quia eos bonos aurum & argentum facit, sed quia bonos inuenit, in vnum bonum conuertitur.

Aggri.

1 D. August.
Hom. 36. int.
quingua est
Serm. 15. in
ter diuers. in
edit. Platini.

1 D. August.
Serm. 12. de
verb. Apostoli
in medio.

*Duplex est bonum: alterum facit hominem bonum: dicitur
tertio homo facit bonum, dum illud leuat in calum.*

1 D. August.
Serm. 5. de
verbis Dom.
in initio.

Bonæ sunt ergo ipsæ diuitiæ, in quibus homines con-
iuntur, & pares suos homines alios non agnoscunt,
quos, inquam, homines extolluntur, magis amantes vel
fulgentem, quam cogitantes communem cûtem. Ipsæ diuitiæ
bonæ sunt, sed à bonis & malis haberi possunt. Et cum bo-
ni, bonos tamen facere non possunt. Est ergo bonum quod
faciat bonum: & est bonum unde facias bonum. Bonum quod
facit bonum, Deus est. Non enim facit hominem bonum
nisi ille qui semper bonus est. Ergo ut sis bonus, Deum an-
Deum inuoca. Aliud autem bonum est, unde facias bonum
est, quicquid habueris. Aurum est, argentum est; bonum
non quod facit bonum, sed unde facias bonum. Hæc
aurum, habes argentum: & concupiscis aurum, & concupiscis
argentum. Et habes, & concupiscis: & plenus es, & tu
morbus est, non opulencia. Sunt homines in morbo; hunc
te pleni sunt, & semper sitiunt. Quomodo ergo delectas?
lentiam, qui habes hydrem conscientiam? habes ergo
rum, bonum est; habes non unde sis bonus, sed unde facias
bonum. Quod bonum, inquis, facturus sum de auro? Ne
audisti psalmum: Disperit, dedit pauperibus: iustitia ei
manet in sæculum sæculi? Hoc est bonum: hoc est bonum
unde sis iustus bonus, si habes bonum unde sis bonus. Hæc
pecuniam, eroga: erogando pecuniam, auges iustitiam. Vnde
quid minuatur, & quid augetur. Minuitur pecunia, augetur
iustitia. Illud minuitur quod eras dimissurus; illud minuitur
quod eras relicturus: illud augetur quod in æternum es possi-
surus. Consilium do lucrorum: discere mercari. Laudas enim
mercatores qui vendit plumbum, & acquirit aurum: & tu
laudas mercatorem qui erogat pecuniam, & acquirit iusti-
tiam? Sed ego, inquis, non erogo pecuniam, quia non habeo
iustitiam: erogat pecuniam, qui habet iustitiam. Ego enim
habeo iustitiam; habeam vel pecuniam. Ergo quia non habeo
iustitiam, ideo non vis erogare pecuniam. Magis eroga pecu-
niam, ut habes iustitiam. A quo enim habebis iustitiam,
nisi à Deo fonte iustitiæ? Quid ergo ego amplius dicam?

Psalm. 111.

1 D. August.
Serm. 50 de
temp. in medi.

Iam me Evangelium hac cura liberavit. Non ego nunc lego,
sed læta recolo. Consilium quaris in causa tua deficiens, vide
quid dicat fons iustitiæ, fons recti consilij, fons, unde quicquid
imples, vnde non times. *Quid dicit?* Nolite vobis con-
dere thesauros in terra, ubi tinea & conestura exterminat: &
ubi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate vobis thesau-
ros in cælo, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit. Vbi
enim est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Quid expectas
amplius? Res aperta est. Consilium patet, sed cupiditas latet:
imò non latet; sed etiam ipsa, quod peius est, patet. Non
enim cessat rapina grassari: non enim cessat fraudare avaritia:
non enim cessat peririare malitia. Totum ut quid? Ut thesau-
rizetur. Et ubi ponatur? In terra. Rectè quidem à terra in ter-
ram. Homini enim dictum est peccatum: Terra es, & in terram
ibis. Merito thesaurus in terra, quia cor in terra. Vbi est ergo
quod habemus ad Deum? Dole qui intellexisti: corrigere si
dolueris. Quamdiu vis laudare, & non facere? Verum est, nihil
verius. Fiat ergo quod verum est: & noli tibi condere thesau-
rum in terra, siue expertus quomodo pereat quod in terra re-
conditur; siue non expertus, sed ex alteris metuens experiri.
Quem non corrigunt verba, corrigant experimenta. Non
furgitur, non proceditur, nisi vna voce dicatur ab omnibus: Vae
nobis, ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si tibi archi-
tectus diceret rurturam domum tuam; nonne prius mi-
grares quam murmurares? Structor mundi tibi dicit ruitu-
rum mundum; & non credis? Audi vocem prædicentis: Et
cælum & terra transibunt. Vox commententis est: Nolite
vobis condere thesaurum in terra. Ergo si credis prædicenti,
si non contemnitis commententem, fiat quod dicit. Non
enim ille te falsit, qui tale consilium dedit. Non perdes quod
dedisti, sed sequeris quod misisti. Consilium ergo do: Da
pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Non sine the-
sauro manebis: sed quod habes in terra sollicitus, habebis in
cælo securus. Consilium do seruandi, non perdendi. Ha-
bebis, inquit, thesaurum in cælo, & veni sequere me, ut
ducam te ad thesaurum tuum. Non est hoc spendium, sed
compendium. Cur silent homines? Audiant vel experti,
quod timeant: faciant unde non timeant, exonerati migrent
in cælum.

Matth. 6.

Genes. 3.

Luc. 13.

Matth. 13.

Aliud iubet avaritia, aliud pigritia, aliud Christum.

¶ D. August.
Serm. 22. de
verbis. Apost.
ante mediū.

Quid ergo amplius expectas, o avarice, amplectens te tuum, & catenis cupiditatis alligans malam faciem sub numeris tuis? Quid expectas: quid laboras? quid inquit concupiscis? Nempe latiare avaritiam. O vota iuncta facta nequissima. Expectas ergo satiare avaritiam. Illa te est premere: tu illam non potes satiare. An forte non est tuis? Vsq̄ uadeo sub hac sarcina sensum etiam perdidisti? est grauis avaritia? Quare ergo te de fomio excitat, quod eriam aliquando dormire non sinit? Et fortasse habes cum alterum onus pigritiæ: & ista duo nequissima onera, sece que pugnantia premunt te, & dilantant te. Non enim imperant; non enim similia iubent. Pigritia dicit; De Avaritia dicit; Surge. Pigritia dicit; noli pati frigiditas: avaritia dicit; toiera in mari etiam tempestates. Illa dicit quiesce: illa non sinit quiescere: iubet non solum, procede & nauiga trans mare, quare terras quas ignoras; merces in diem deportandæ sunt: non noli linguam Indorum, scilicet intelligibilis videtur sermo auarorum. Venies ignotus ad iugum: das, accipis, emis, portas, periclitatus uenisti, cum per redis, exclamas in mari exagitatus tempestate; Deus liberat: Non audis respondentem, Quare? Misi te? Avaritia tibi ut acquireret quod non habebas: ego tibi iussi ut sine labore ante ostium tuum pauperi dares quod habebas. Illa te ad militiam ad reportandum aurum: ego tibi ante ostium Christi posui, à quo emeres regnum cælorum. Laboras in iussione avaritiæ, in iussione mea non laboras. Ambo iussimus, non autem: uti obaudisti, liber te te. Itaq; avarus qui Christi non obtemperauit præcepto, dicit illi bene fuit; nec Christi liberabitur in lio, cum periculum aduenit, ut vel ipse percat, vel sua per qua habet. Et licet solo amore perfici possit quod Christus precepit; non autem acquiri sine magno labore quod avaritia precepit: plerique tamen omnes huic idolorum seruientis se libenter subdunt, quam Dei. Et ideo hoc etiam magis diligere ab ipsis seruatur, cuius adipiscendi gratia amplius atque feruentius laboratur. ¶ Homo, qui laboras amando avaritiam, cum labore amatur quod amas: sine labore amatur Deus. Avaritia iustura est labores, pericula, tristitias, tribulationes; &

Vide Ser. 34.
de Tempore
in medio.

¶ Tom. 9.
Tract. 10. in
epist. Iohannis
ante mediū.

temperaturus es. Quo sine? Vt habeas quo impleas arcam, & perdas securitatem. Securior forte eras antequam haberes, quam cum habere cœpisti. Implesti domum, timentur latrones; acquisisti aurum, & perdidisti somnum. Ecce quid tibi iussit avaritia: Fac, & fecisti. Quid tibi iubet Deus? Dilige me. Aurum diligit; quæsiturus es aurum, & forte non inuenirurus. Quisquis me quærit, cum illo sum. Possit ergo & illud auaro homini dici: Si Deum tuum diligeres, odisses avaritiam. ¶ Non est dignus enim Christus, cum quo simul diligas avaritiam. Amas illum, debes odisse quod odit. Homo est inimicus tuus, hoc est quod tu: creati estis ab vno creatore in vna conditione: & tamen si filius tuus loquatur cum inimico tuo, & veniat ad domum inimici tui, & assiduus colloquutiones habeat cum illo, exheredare illum vis, quia loquitur cum inimico tuo. Et quomodo? Quia iustam vocem videris tibi habere: Amicus es inimici mei, & quæris aliquid de re mea. Ergo attende. Diligit Christum: inimica Christi est avaritia. Quare cum ea loqueris? Non dico loqueris cum illa; quare illi seruis? Nam multa iubet Christus, & non facis: iubet ipsa & facis. Iubet Christus vt vestias pauperem, & non facis; iubet ipsa avaritia vt facias fraudem, & hoc potius facis. Si hæc ita sunt, si talis es, noli tibi promittere hereditatem Christi, quia cum avaritia non consistit hereditas Christi. ¶ Contradicere enim Christus avaritiæ, & vult nihil possideri ab avaritia. Ego possideam, clamar. Quid vis ab avaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo. Onus eius graue, sarcina mea leuis est. Iugum eius asperum est, iugum meum leue est. Noli velle ab avaritia possideri. Iubet avaritia vt mare transeas, & obtemperas; iubet vt te ventis procellisque committas: iubeo ego vt ante ostium tuum ex eo quod habes, des pauperi. Piger es ad faciendum ante te opus bonum, vt acquiras vitam æternam: & strenuus es ad transeundum mare, vt corradas tibi pecuniam. Quia avaritia imperat, seruis: quia Deus iubet, edisti. ¶ Ecce hoc dicit tibi ipsa sapientia, Ama me tanquam pecuniam. Indignum est, iniuriosum est, vt sapientia pecuniam comparetur: sed amor amoris paratur. Video enim, inquit, hic vos auaros amare pecuniam, vt iubente amore pecuniam, labores suscipiatis, iniuria toleretis, mare transeat. ventis & fluctibus vos committatis. Habeo vnde eligam quod ametis; sed non habeo quod

¶ In Psal. 6.
vlt. mediū.

¶ In Psal. 118.
4. post princip.

Matth. 11.

¶ Tom. 6 lib.
de disciplina
Christi. cap. 1.
in fine.

addam ad amorem, quo amatis. Sic me amate, plus nolo amari, dicit Dominus. Improbis loquor, avaris loquor. Nam diligitis, tantum me diligite. Certe melior sum in comparabiliter. Nolo tibi vobis ampliore amorem. Quantum gignis pecuniam, tantum me amate. *Hac divina dicit sapientia* Quid ergo magnum tibi imperat illa sapientia, quod possit imperare & avaritia? Tamen cum imperat avaritiam, Et cum feceris quod imperaverit avaritia, quid habebis? Plenam domum auro & argento. Non legis? Quanquam imagine Dei ambulet homo, tamen vanè conturbabit Theaurizat, & nescit cui ea colligas? Quare ergo non peris auribus verba eius? Si enim accusaveris avaritiam, in teberis ad sapientiam suam. Sed cum suscepero, *inquis*, in te sapientia, laboriosa erit. Laboriosa planè: sed vide quomodo qua mercede. Nunquid qua per sapientiam colligis, nescis colligas ea? Tibi colligis. Expergillere, cuigila, habeto cor micæ. Aestatis tempus est: collige quod tibi ad hanc mem per-

CAP. XXI.

Item aliud iubet avaritia, aliud luxuria, aliud Dei iustitia

r D. Anguff.
Serm. 118.
inter impre-
fos Louanj.

A Liquando etiam possident hominem duæ hæc domi-
contrariæ, avaritia & luxuria. Avaritia dicit, *Ser-*
Luxuria dicit, *Eroga*. Sub duabus dominis diversa iubentibus
diversa exigentibus, quid facturus es? Habent allocutiones
suas ambæ. Et quando cæperis nolle obtemperare, & in libe-
tatem tuam ire; quia iubere non possunt, blandiuntur. Et
sunt cavenda earum blandimenta, quam iussa. Quid dicit
avaritia? *Serva tibi, serva filiis tuis: si egibus, nemo tibi dat.*
Noli ad tempus vivere, consule tibi in futurum. Contra luxuriam
vive cum viuis, fac bene cum anima tua; moriturus es
quando, nescis: cui relicurus, an sit possessurus, ignoras. Tu
mis & subtrahis gutturi tuo: ille fortè, cum mortuus fuerit
calicem super te non ponet. Aut si fortè calicem ponet, ipse
inebriabitur: ad te nulla stilla descendet. Fac ergo bene cum
anima tua, quando potes, cum potes. Aliud iubebat avaritia
Serva tibi, consule tibi in posterum. Aliud luxuria: *Eroga, fac*
cum anima tua bene. Tædeat te, ð liber, in libertatem vocatæ
deat te talium dominarum servitutis. Agnosce redemptorem
tuum, manum isorem tuum. Illi servi, faciliora iubet
contraria non iubet. Amplius audeo dicere: contraria iubebat
avaritia

avaritia & luxuria, ita vobis ambabus obtemperare non posses. Et
dicebat vna; *Serva tibi, & consule in posterum: dicebat alia;*
Eroga, fac bene cum anima tua. Procedat Dominus tuus ead-
dem dicturus; & contraria non dicturus redemptor tuus. Si
nolueris; domui eius non est necessarius qui servit inuitus.
Attende redemptorem tuum; attende pretium tuum. Venit
vt redimat: sanguinem fudit. Charum te habuit, quem tam
charè emit. Agnosceis qui emerit, attende unde redimat. Tacco
de cæteris superbe in te dominatibus vitis: innumerabilibus
epim malis dominis serviebas. Has duas dico iubentes con-
traria, in diversa rapientes, avaritiam & luxuriam. Eripe te ab
his, veni ad Deum tuum. Si servus eras iniquitatis, esto servus
iustitiae. Verba quæ tibi dicebant, & contraria iubebant ipsa
audis à Domino Deo tuo, & non contraria iubet. Verba earum
tolliit? Non: sed potestatem tollit. Quid tibi dicebat avaritia?
Serva tibi, consule in posterum. Verbum non mutatur, homo
mutatur. Iam si placet, compara consulentes. Illa avaritia est,
ista iustitia. Ipsa contraria diserte. Serva tibi, inquit avaritia.
Pone te velle obtemperare: interroga vbi servus. Illa tibi
monstrata est munitum locum, muratum cubiculum, ar-
cam ferream. Omnia muni: fortè domesticus vir etiam in-
teriora perumpet; & cum pecunia tuæ consulis, vitæ tuæ ti-
mebis. Fortè dum multum servas, qui vult eripere, cogitat &
occidere. Postremò, aduersus fures licet quocunque munimine
thesaurum tuum & vestem tuam communas: communi
eaduersus rubiginem & tineam. Quid facturus es? Non est
foris hostis auferens, sed est intus absumens. Non ergo bonum
consilium dedit avaritia. Ecce iussit vt servus: & non inuenit
datè locum vbi servus. Dicat etiam consuetudo: Consule in
posterum. In quantum posterum? In dies paucos & incertos.
Dicit, Consule in posterum, homini fortassis victuro nec in
crastinum. Sed ecce vivat, quantum putat avaritia; non quan-
tum ostendit, non quantum docet, non quantum fidit; sed quan-
tum putat, vixerit, senuerit, finierit, ad huc senex incurvus ba-
culo innixus lucrù quarit, & audit avaritiam dicentem: Consule
in posterum. 2 Sed Dominus eadem dicat, iustitia iam lo-
quar, ipsa erit verba, nõ sententia ipsa. *Serva tibi, ait Domi-*
nus tuus, consule in posterum. Et hunc interroga: Vbi servo?
Habebis thesaurum in cælo, vbi fur non accedit, nèque tineæ
corrumpit. In quantum posterum servabis? Venite benedicti

² Ibidè infra.

Marth. 19.

Ibidem 6.

Ibidem 25.

Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a patre meo. Hoc regnum quantum dixeram est, ostendit mihi ipse sententia. Cum de fratribus diceret, Sic ibunt in ambulationem aeternam; ait de dexteris, Iusti autem in vitam aeternam. Hoc est consulere in posterum: posterum quod paratum non habeat. De faciendis ergo elemosynis, & de paranda animarum requie in posterum, ut faciamus benevolentiam nostram, quod peruersè dixit luxuria, dicit & Dominus. Ipsum audi, accipe bonum consilium. Noli parcere thesauris, eroga quantum potes. Luxuriae vox erat: Dominus facta est, Eroga quantum potes, sic bene cum anima tua. *(ut opinor) iam vides, quanto sit melius obtemperare iustitiae tibi ad vitam sempiternam consulit: quam vel luxurie, vel vitiae, qua consulunt huic vitae.*

si bid infra.

CAP. XXIII.

Avari redarguuntur de inani studio diuitias conquirentes.

Sed delirare tibi videor, auare, cum hæc loquor: amicitia tibi videtur hæc verba. Tu enim videlicet hominigeni consilij, magnæque prudentiæ, excogitas quotidie: nera acquirendæ pecuniæ, de negotio, de agricultura, foris & de eloquio, de iuris consultatione, de militia; addis & fœnore. Homo cordatus nihil prætermittit omnino, vnde minus super hominum, & in occulto diligentius acquiratur. Prædatorum inuicem, caues deprædatorem: quod facis, timens patiaris: & in eo quod patris, non te corrigis. Sed non patiaris. Prudens enim homo esse, bene seruas, non solum bene colligis. Habes ubi ponas, cui committas, quomodo nihil percat quod congregasti. In te, rogo cor tuum, disceptatio prudentiæ tuam. Ecce collegisti, ecce ita seruasti, ut nihil possis amittere eorum, quæ seruasti. Dic mihi, cui seruas? Non tecum iter ago, non commemoro, non exaggero, quicquid mali habes avaritia vanitatis tuæ: non dico, ne forte, dum colligis, cogaris: non dico, ne forte, cum vis esse prædator, aperitius eloquar. Fortassis enim cæcus avaritia, non audisti, non intellexisti: non dico, inquam, ne forte, cum vis esse prædatoris, sis prædator maioris. Non enim sentis te esse in mare nec cernis minores pisces à maioribus detorari. Non dico, non dico difficultates & pericula in ipsa conquisitione tenent, quanta patiuntur qui eam colligunt, quam in omnibus

In Psal. 38. in medio.

periclitentur, in omnibus penè mortem videant; transeant hæc omnia. Prorsus colligis, nullo contradicente: seruas nullo auferente: excute cor tuum, ac prudentiam tantam, quæ me derides, quæ me insipientem putas hæc loquentem, & dic mihi: Thesaurizas, cui congegabis ea? Video quid velis dicere, quasi quod vis dicere, huic non occurrerit. Diciturus es, Filiis meis seruo. Hæc est vox pietatis, excusatio iniquitatis. Filiis meis, inquit, seruo. Nam ecce discepto te cum filiis tuis: seruas transiitum transiitum, imò verò transiens transeuntibus. Nā transiturum te sic dixi, quasi nunc maneat. Ipsum hodie, ex quo loqui cœpimus, utque ad hoc momentum, sentis, quia seniuimus. Neque enim cernis & incrementa capillorum tuorum: & nunc fortè cum stas, cum hic velis sic es, cum agis aliquid, in te crescant capilli tui. Neque enim repente creuerunt, ut tonsores quereres. Agitur ergo ætas transiuolans & in intelligentibus, & non sentientibus, & in aliud malè occupatis: transis tu, & seruas transeunti filio tuo. Primum hoc à te quero: Scis eum possessurum, cui seruas? aut si nondum natus est, scis nasciturum? Seruas filiis: incertum est an futuris, an possessuris: nec reponis thesaurum, ubi reponendus est, *nec id agis quod agendum est.* Per diem vexaris laboribus, per noctem agitaris timoribus. Video, doleo; & sicut dicit, qui fallere nescit, vanè conturbaris. Thesaurizas enim, ut bene proueniat quicquid agis: ut damna taceamus, ut tanta pericula, & in singulis lucris singulas mortes, (mortes dico non corporum, sed malarum cogitationum:) ut accedat aurum, perit fides: ut foris vestiariis, intus expoliariis: ut ista omittamus, ut alia taceamus, ut aduersa prætereamus, prospera fœlita cogitemus. Ecce thesaurizas, ecce vnde lucra confluunt, & more fontium numi currunt. Vbi que ardet inopia, vbi que fuit copia. Non audisti, Diuitia si affluant, ne apponatis cor? Ecce acquiris, non infructuose conturbaris, tamè vanè conturbaris. Quare, inquis, vanè conturbor? Ecce sæcops impleo, parietes meivix capiunt quod acquirō: quare vanè conturbor? Thesaurizas, & ignoras cui ea congreges. Aut si scis cui, obsecro, dic & mihi. Audi te, cui? Si non vanè conturbaris, dic cui thesaurizas? Mihi, inquis. Hoc audes dicere morituris? Filiis meis, inquis. Hoc audes dicere de morituris? Magna pietas, thesaurizat pater filiis: imò magna vanitas, thesaurizat moriturus morituris. Si propter te, quia moriturus dimittis, quid

2 D. Aug. Ser. 30. de temp. in initio. Plalm. 38.

Psalm. 38.

pr.

quid colligis? Hæc causa & filiorum: successuri sunt, non mansuri. Omitto dicere qualibus filiis, ne forte quod gregavit avaritia, perdat luxuria. Alius fluendo perdit, tu laborando congregasti. Sed o-mitto hoc. Fortè erunt filij, luxuriosi non erunt: seruabunt quod dimisisti; augetur quod seruaſti: non perdetur quod congregaſti. Filij tui te sunt pariter vani, si hoc faciunt, si te patrem in hoc imitant. Illis dico quod tibi dicebam: Filio tuo dico, Cui seruas illi dico, Theſaurizas, & nescis cui congreges ea. Sicut enim nescisti, sic & ille nescit. Omitto dicere, quia fortè dum vis theſaurizas furi. Vna nocte venit, & tor diebus ac noctibus congregatum, paratum inuenit. Theſaurizas fortè latroni, sed prædoni. Nolo auaritia dicere, ne commemorem & resiste perpeſſorum dolores. Quam multa, quæ congregauit inanis, parata inuenit hostilis crudelitas? Nō est enim me optare, sed omnium est timere. & dicere, Auertat hoc Deus sufficiant flagella ipsius. Sed omitto pœnaliter victuros filia sicut optat inimicus: sic viuant, vt optat pater: quam me in casus *varios & graues* inciderunt? Dixi, commemorat horuisti, & non correxisti. Quid enim responſurus es, in hoc die. Fortè non? Et ego sicſum locutus: Fortè, inquit furi, fortè latroni, fortè prædoni. Non dixi, certè; sed forte Inter fortè fiet, fortè non fiet, nescis ergo quid fiet: sed vt conturbaris. Vides quam verum dixerit veritas: quam inuenter conturbetur vanitas.

CAP. XXIII.

Resellitur excusatio auarorum, quam causa filiorum præterdunt.

REstat, vt iterum dicas: Et quid igitur ago de filiis meis? Audi & vide consilium Domini tui: Si tibi dicat Dominus tuus: Melius ego cegit qui creauit, quam tu qui generasti: fortè quod dicas, non habebis. Sed diuitem filium adulescentem, vt habet *Matthæus: & principem, vt dicit Lucas: & specturus es, qui consilio perfectionis audito, tristi abiecit, & Evangelio reprehensus est, & dices tibi: Fortè ille diues misfecit, non vendere omnia, & dare pauperibus, quia filios non habebat: ego autè filios habeo; habeo quibus seruem. Et in hac infirmitate consistit tibi Dominus tuus. Audeam tibi dicere per eius misericordiam: audeam aliquid dicere non de te et*

presumptione, sed de ipsius miseratione. Serua & filiis tuus, sed audi me: si (vt sunt humana) de filiis qui tuos suis aliquem amiserit, intendat quia avaritia excusatione non habet, neque hic, ne que in futuro saculo. Amisus est aliquis Christianus. Christianum filium amisisti. Nō ergo amisisti, sed præmisisti. Neque enim ille decessit, sed præcessit. Interroga fidem tuam: certè & tu illi iturus es, quò ille antecessit. Rem breuem dico, cui (puto) quòd nemo respondeat. Viuit filius tuus? Interroga fidem tuam. Viuit, inquis. Si ergo viuit, quare inuaditur pars eius à fratribus eius? Sed dices, Nunquid rediturus est, & possessurus qui mortuus est? Sed præcessit ad Deum: pars ipsius debetur pauperibus. Illi debetur ad quem perrexit: Christo debetur; ad ipsum enim perrexit. Sed quid dicis? Seruo fratribus ipsius. Si uiuere ille, non erat cum suis fratribus diuisurus: O fides mortua: mortuus est enim filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes quod uiuo seruabas. Mortuus est filius meus, sed tamen parte filij mei seruo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est, si pro illo Christus mortuus non est, mortuus est ipse: si autè in te fides est, viuit filius tuus. Viuit profus, non decessit, sed præcessit. Qua fronte vt turus es ad filium tuum, qui præcessit, cui præcedenti non mittis partem suam in cælum? An non potest mitti in cælum? Potest profus. Audi ipsum Dominum dicentem, Theſaurizate vobis theſauros in cælo. Si ergo ille theſaurus melius est custoditus in cælo: nunquid non tunc mittendus est filio; quando, si missus fuerit, non peribit? Mittatur ergo illi, quò præcessit ille; ad rem tuam venire non potest; res eius ad quem ire potest. Vide cum quo sit. Si in palatio militaret filius tuus, & amicus Imperatoris fieret; & diceret tibi, Vende ibi partem meam, & mitte mihi; nūquid inuenires quid responderes? Modò cum Imperatore omnium imperatorum, & cum Rege omnium regum, & cum Domino omnium dominorum est filius: mitte illi, nō dico necessarium habet ipse Dominus ipsius, apud quem est filius tuus: eger in terra. Hic vult accipere quod datur in cælo: quod facere nonnulli auari solent; facit aucterium. Da in peregrinos, quod recipias in patria tua. Postremo, iam de te nihil, de filio tuo loquor. Dubitas dare tuum: dubitas & reddere alienum: certè conuinceris, quia non filius tuus seruabas. Ecce non das filiis tuis, quia tollis filium tuum. Huic certè tollis. Quare indignus est accipere, quia cum digniore viuit? Merito si ille cū quo viuit, nollet

6 Tom. 9. lib. de decem choridi. ca. 13.

Matth. 6.

7 Serm. 128. inter impiet. Louan noue est 45. inter diuersi in edit. Plant.

Serm. 128. inter impiet. Louanj.

Matth. 19. Luc. 12.

nollet accipere, iam domui tuæ, si domui Dei, dices. **A**rgo vt tibi dicam, Da quod habes: sed dico tibi, reddere debes. Sed habebunt illud, ais, fratres illius. O mala doctrina docens filios tuos mortem optare fratribus suis. Si de refectis mortui ditiores erunt, vide quemadmodum se attendant domo tua. Quid ergo facies? Patrimonium diuidis, & pro ci- lia doces. Sed nolo dicere de vno amisso, ne cælus humi- litarum plus habes. Fac locum Christo cum filiis tuis: accede familiae tuæ Dominus tuus: accedat ad prolem creator tuus: accedat ad numerum filiorum tuorum, frater tuus. Cuius tantum interit, & pater esse dignatus est. Et cum sit vnicus, voluit habere coheredes. Ecce ille quam largitus quaretam se: iuxta?

CAP. XXV.

Quomodo diues & pauper portare debeant onus, alteri- nus: & inter ditius alicuius heredes, Christus eni- vnus est computandus.

Sed avarus es. Dicit tibi Deus: Me conueni: ego fili- nititem, pauperem propter te feci. Propter nos tu pauper factus est, cum diues es. **1** Erubescit, ille diues fa- esse voluit, vt haberes pauperes quibus dares. Da aliquid pa- tuo, da aliquid proximo tuo, da aliquid comiti tuo. Tu di- es, ille pauper est. Vita ista via est: sicut ambulatis. **3** Ille portat, tu nimium oneratus es. Ille nihil secum portat, tu ri- rim plus portas quam opus est. Oneratus es; da illi de eo quod habes, & illum pascis, & onus minus. **4** Vide autem ne ser- cum te interpellabit paupertas, dicas: Vniquisque onus pro- prium portabit. Hic alterum præceptum audi: Inuicem o- nera vestra portate. Paupertas non est onus tuum, sed est et fratri tui. Vide ne diuitiæ sint maius onus tuum. Nam habes onus paupertatis, sed habes onus diuitias. Si bene- tendas, onus est. Ille alterum onus habet, tu alterum. Po- cum illo, & portet tecum, vt inuicem onera vestra por- te. Quod est onus paupertatis? Non habere. Quod est diuitiarum onus? Plus quam opus est, habere. Et ille oneratus est, si oneratus es. Porta cum illo non haberes; portet tecum plus, vt fiant æquales sarcina vestra. Si enim dederis indige- minuis illi non habenti, onus ipsius, quod erat non habere

1 D. August. Serm. 146. de tempore. 2 Cor. 8. 3 Tom. 5. lib. de Disc. christ. cap. 1. post. medium. 4 D. August. Serm. 5. de verbis Dom. 4 D. August. Serm. 22. de verb. Apoll. Galat. 6.

dederis, incipit habere. Minuitur est illi onus, quod voca- tur non habere; minuit & ipse onus tuum, quod vocatur plus habere. **5** Sed forte dicis; Ego diues, ille pauper est. Si- mul ambulatis, an non? Quid est, quod dicis, nisi, ego onera- tus, ille leuis? Ego diues; ille pauper. Sarcinam tuam com- memoras, pondus tuum laudas. Et quod grauius est, con- strinxisti ad te sarcinam tuam: ideo non potes porrigere ma- num tuam. Onerate, ligate, quid te iactas? Solue vincula tu- as. Inter has voces tuas laudantes sarcinam tuam, adhuc Chri- stus petit & non accipit, & obtendit nomen pietatis, crudeli- bus vocibus, & dicis; Et quid seruo filiis meis? Christum illi oppono; filios suos mihi opponit. Ita verò magna iustitia, vt habeat vnde luxurietur filius tuus, egeat Dominus tuus. Cum enim vni ex minimis meis fecistis: non legisti, non aduertisti? Cum vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis: non legisti? non timuisti? Ecce quis eger, & filios tuos numeras? Postremo, numera filios tuos; adde vnum illum, inter illos, Dominum tuum. Vnum habes, sit ille secundus: duos habes, sit ille tertius: tres habes, sit ille quartus: **6** decem habes, vnde- cimus sit. Nolo amplius dicere: vnus filij tui seruus locum Domino tuo. Quod enim dabis Domino tuo, & tibi proderit, & filiis tuis. Quod autem male seruus filiis tuis, & tibi oberit, & filiis. Dabis autem portionem vnam, quam vnus filij de- putasti. Deputate vnum amplius genuisse. Quid magnum? Puto, quia parua & facilis cogitatio est, putare patrem filiorum habere vnum filium amplius. **7** Sed iam aliquoties dixisti: Habeo quibus dimittam. Pone quia habebunt filij, quibus dimittis: tu nihil habebis, quia nihil ante te misisti. De filiis curam gessisti, tibi autem non profuisti. Audis, sursum corda, & curas dicere; Habemus ad Dominum. Si aliquid illuc misisti, habes quod ibi quaeras. Si nihil misisti sursum, non habes quod ibi quaeras. In terra vbi potuisti, ibi quaere. **8** Cur sic pro- vidus filiorum existis? Cur & aliena tuis rapis, qui post te ne forte maneant, nescis? Hinc & tibi perpetua pœnam nutris, & filiis tuis dolere dimittis. Dicit enim sapientissimus Salomon: Qui congregat aliena, relinquit filiis dolorem. Et rursum di- citur in Psalmis: Veruntamē in imagine pertāsit homo; vanē conturbatur, & nescit cui congregat ea. Quid thesaurizas aue- re, quod nescis? Quid auri argenti que pondere delectaris, & condis?

1 To. 1. lib. de Disc. Christ. cap. 2.

Matth. 25.

6 Serm. 128. inter imp. eos. Jos. Louanij. ane finem. Vide bibem. Serm. 1. ad popu. Hipp. de comuni vita cleric. in medio. 7 Hom. 32. interquinqu.

8 Ibidē supra.

Psalm. 38.

Math. 22.

condis? Quid imaginem regis sculptam seruas in solida imaginem Dei in hominibus detestaris? Redde, dicitur Cæsari, quæ sunt Cæsaris: & Deo, quæ sunt Dei. Maior serui ideo copios omnibus abundabat, quia Deo decimas dedit, & Cæsari censum reddebant. Modò autem, quia decessit tuus Dei, accessit indictio filii. Nolumus partiri cum Decimis: modò autem totum tollitur. Hoc tollit filicus, quod accipit Christus. 7 Ficus enim seis quid sit? Ficus saccæ vnde & fiscella & fiscina dicuntur. Ne putes quia ab draco est filicus, quia cum timore auditur exactor filii. F. saccus est publicus, in quem plerumque quoquo modo ab tributis Principum Regumq; exactoribus corrasum atque et tum colligitur quicquid aut iniuste ab iniustus possessum, dum tempus erat, indigentibus non expro, um fuit. Sic n. seruo suis labor iniustus perire solit, vel cum ipse adhuc viuens iam mortuus filius sui similes habet successores.

CAP. XXVI.

Epilogus adhortationum prædictarum.

7 In Psal. 48. conc. 1. in fine.

Postremo verò, ut ista prædicta concludamus, 1 quoniam post mortem etiam insultatur hominibus, qui, cum non haberent, neque relinquerent hæredes alios: tamen thesaurunt, & in vanum laborauerunt: qui non intellexerunt: facerent de diuitiis, cum viuerent; & putauerunt se beaturos, si haberent memoriam marmoream, quasi æternam: quomodo eis à viuentibus insultatur? *Auam terram quam sinit, iam terram habet, sculptus in terra. Nam ipsa sufficiens fuit ad sepulchrum eius replendum? Merito illius sepulchro, cuius nunquam defuit desiderio. Possessionis amplissima vbi sunt? Vbi domus sumptuosa, & splendentia super Relicta ab eo sunt omnia, nihil horum secum sumpsit. Iam seruus, quam inhabitauit, spectetur: et ipsa maledicatur.* Vnde quique enim prætereuntem dicit: Hæc domus illius et prorsus, prædonis, auari. Quantas viduas afflixit? Quantas phanos denudauit? quantos miseros fecit; vt hanc dominantis expertis de iniquitate quaeritis erigeret? Nunc vides eius, quem ipse forte opprulerat, dicitur factus eam habere: hostis eius, vel tyrannus aliquis occupauit. *Tanta illius seruitudo quid profuit? Quid profuere diuitia tot fraudibus permissis lucris conquisita? Sic insultatur, & maledicuntur*

2 Ser. 215 de tempore.

Qui dum adhuc viuerent, non cogitauerunt nisi omni genere diuitiarum replere domum suam perituram, quam morientes mortuis erant relicturi. 3 Deberunt autem contra præparare sibi domum æternam in bonis operibus, præparare sibi vitam immortalem, mittere ante se sumptus, sequi opera sua, attendere comitem egentem, dare ei cum quo ambulabant, non contempnere Christum ante ianuam vlcerosum, qui dicit: Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. *Et modo tales, vel similes illorum, qui filios habent, si rogantur pro quibus laborent, & quare laborent: quid respondent? Filiis meis, inquit. Et ipsi cui? Filiis suis. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo sibi. Et ipsi filij seruant quod reliquerunt parentes sui. Parum est quia seruant, & augent. Quibus & ipsi seruant? Filiis suis, & illi filiis, & tercij filijs. Quid Christo? Quid animæ suæ? Omnia filiis. Inter filios suos quos habent in terra, computent vnum fratrem quem habent in cælo: cui totum dare debebant, vel diuidant cum illo. 5 Non equidem totum dent. Teneant sibi quantum sufficit, teneant plus quam sufficit. Dent inde quandam partem. Quam partem? Decimam partem. Decimas dabant Scribæ & Pharisei. Erubescamus. Decimas dabant, pro quibus Christus nondum sanguinem fuderat. Decimas dabant Scribæ & Pharisei, ne forte aliquid magnum facere te putes, quia frangis panem pauperi, & vix est mille sima ista facultatum tuarum; & tamen non reprehendo. Vel hoc fac. 7 Quare enim non accipiat partem de substantia tua, qui tibi præmia præparauit æterna? Quare non accipiat decimum, qui contulit totum? 8 Cur in hoc opere bono non attenditur ille Zacchæus, qui dimidium rerum suarum dedit pauperibus? Sed optare cogitur vt attendatur saltem ille Pharisæus, qui omnium quæ possidebat, decimas dabat. Noli parere thesauris caducis, thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniam dicens: Filiis meis seruo. Magna excusatio. Filiis meis seruo. Videamus: seruaui tibi patrem tuum; seruas tu filiis tuis filij tui filius suis: & sic per omnes, & nullus facturus est præcepta Dei. 9 Et mentiuntur quidæ homines; mala est, inquit auaritia. Palliare se volunt nomine pietatis, & dealbare, vt quasi propter filios videantur seruare homines, quod propter auaritiam seruant. Nam vt noueris quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam: Quare non facit elemosynam? Quia seruat filijs suis. Contingit vt amittat vnum: si propter*

1 In Psal. 48. conc. 1. in fine.

Math. 25.

4 In Psal. 124. in princ. exposit.

5 In Psal. 84. conc. 1. in fine.

6 D. August. Ser. 205. de temp. Vide in Psal. 146. ante finem.

Luc. 18.

7 Ser. 217. de temp. in fine. Vide ser. 219. de tempore. 8 Tom. 9. lib. de ro. chordia. cap. 15. Luc. 19. Ibidem 18.

9 Ibidem infra.

filios seruabat; mittat post illum partem suam. Quare tenet in sacco, & illum relinquit ab animo? Redde illi suum est, redde quod illi seruabas. Certè ea quæ hinc & non vis mittere post filium tuum, quibus commedas tribus tuis commendas illius partem, qui præcessit; & Cur non commendas, ad quem præcessit? An idoneus est tibi curator tuus, & minus idoneus est Christus? Quid uel Christo committere, quod à latronibus vi poteris referre. Qui dar, inquit, pauperi; non egebit. Diuidis patrimonium hæredi; & Christus est indignus de tuo aliquid tollere, aliqua tecum in futura sæcula deportare? Quid tibi seruas, quo si utatur, ignoras? Quid substantiam cum, quam fortassis ingrato relinquas? Forſitan illi præstabis; quid misericordiæ causa de eius portione detraxeris. Quis primò quod iubetur, ut possis accipere quod promittitur, potest uſuras accipere, qui Dominum noluerit fecerare, dat, inquit, pauperibus, Deum fecerant. Nec enim potest uina promissa percipere, qui præcepta caeleſtia noluerit uare. Hac de illis dicta sufficiant, qui se propter filios de manu excusant, & nomine pietatis suam cupiditatem palliare uolunt apud homines, sed apud Deum non possunt.

CAP. XXVII.

Post mortem nihil profunt diuitiis diuitibus, qui male uixerunt, & in suis deliciis obdormierunt.

TAm etiam attendamus illos diuites, qui filios habent. *Teos hæredes relinquentes* malè uixerunt, qui uel superbi erunt; & uideamus, an ipsis post mortem suam diuitia profuerunt. Mortui enim sunt, & reliquerunt, non dicentes, sed filijs suis reliquerunt diuitias suas: & tamen ipsi dum uiam parentem suorum sequuntur, facti sunt illis tanquam extranei. Sicut illi superbi, ita & isti: sicut illi rapaces, ita isti: ut illi auari, & isti, & ob id extranei sive alieni ab illis. Quomodo alieni sunt filij? Iniquorum filij alieni. Nam inuenimus quendam extraneum propinquum factum quia profuit. Si quis tuorum tibi nihil prodest, alienus est. inuenimus exterm propinquum factum, quia profuit. Euangelio. Iacebat quidam vulneratus à latronibus. Transiit quidam Samaritanus, nescio quis extraneus: ipse ad illum cessit, inſpexit miseriam eius, & misericordia motus curauit

vulnera eius: leuauit in iumentum, & duxit in stabulum, commendauit stabulario. Si ergo extraneus Samaritanus, faciendo misericordiam & subueniendo, proximus factus est: quicumque tibi in tribulatione subuenire non possunt, alieni à te facti sunt. Nam ut noueris quia illi alieni sunt, subuenirent illi diuiti, qui ardebat in flamma, successores ipsius diuitiarum. Sed forte non habuit qui illi succederent, & alieni possederunt diuitias ipsius. Inuenimus in ipſo Euangelio, quia habuit. Air enim ibi ipſe, Habeo quinque fratres. Fratres ipsius subuenire illi ardenti in flamma non potuerunt. Quid tibi diceret diues? Quid? Vnum fratrem mihi amicum non feci, qui iacebat ante ianuam meam. Illi mihi fratres subuenire non possunt, qui possident diuitias meas; alieni à me facti sunt. Vides quia omnes qui malè uiuunt, alienis relinquunt diuitias suas? *Quid ergo eis contingit*, nisi quod in psalmo dicitur; Dormierunt somnum suum, & nihil inueniunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis; A manerunt præsentia, & dormierunt in ipsis præsentibus; & sic illis facta sunt ipsa præsentia delictosa, quomodo qui uidet per somnium inuenisse se thesauros, tandiu diues, quamdiu non euigilet. Somnium illum diuitem fecit; euigilatio pauperem fecit. Tenuit illum somnus fortassis in terra dormientem, & in duro iacentem pauperem, & forte mendicum. In somnis uidit se iacere in lecto eburneo vel aureo, & in plumis aureis altius extractis: quamdiu dormit, bene dormit; euigilans inuenit se iacere in duro, in quo illum somnus tenuerat. Tales sunt & isti. Venerunt in hanc uitam, & per cupiditates temporales quasi obdormierunt hinc, & exceperunt illos diuitia; & uanæ pompæ uolaticæ, & transierunt; non intellexerunt quâto inde boni posset fieri. Nam si noscent aliam uitam, illic sibi thesaurizarent quod hic erat perituum. Ergo dormierunt somnum suum uiri diuitiarum, nihil inueniunt in manibus suis. Dormierunt enim in cupiditatibus suis: trãsit somnus ipſe, trãsit uita ista, & nihil inueniunt in manibus suis: quia nihil posuerunt in manu Christi. Vis aliquid inuenire in manibus tuis postea? Non cõtemnere modicò manum pauperis: & respice manu manes, si vis habere manus plenas. Dicit enim Dominus: Esuriui & destitisti mihi manducare, & Esurire in pauperibus uoluit, quid dices in celo est: & tu dubitas homo dare homini, cum scias te Christo dare quod das, à quo accepisti quicquid das? Sed illi dormierunt

36 Ibidè infra

21 Serm. 76. de Tempore.

7 Iou. 19.

17 n Psal. 84. conc. t. vltia medium.

3 Ibidè supra.

LUC. 10.

LUC. 14.

1 In Psal. 75. conc. t. vltia meum.

Vide Ho. 19. in medio.

Psalm. 74.

Matth. 25.

4 In Psal. 72.
ante finem.

Psal. 72.

5 Ibidē infra.

lommum suum, & nihil inueniunt omnes viri diuitiarum
manibus suis. Cum ergo euigilauerint de hac vita,
illud quod quasi somno tenebatur, velut somnium ex-
stis, & completur quod in alio Psalmo dicitur; Velut som-
nū genitum Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad-
lum rediges. Iam exhorrescant omnes nostri diuites,
dantes pecunia, argento, auro, familia, honoribus; exhorre-
scant quod modò dictum est: Domine in ciuitate tua imaginem
illorum ad nihilū rediges. Nonne digni sunt hac parte, vbi
in ciuitate sua imaginem illorum ad nihilum redigat, quia
ipsi in ciuitate sua tertena imaginē Dei ad nihilū redigat.

CAP. XXVIII.

*Diuites, cum moriuntur; nihil eorum, quæ hic posside-
secum tollunt; & insuper laborant in æternum.*

6 In Psal. 72. 1
vltima med.7 In Psal. 48.
cōc. 2. in med.

al. tollit.

Quid ergo parua tibi videtur, dum viuunt, claritas cor-
parua tibi videtur pompa eorum, parua tibi videtur
tuli, imagines, statuae, laudes, cunei clientum? Audi: N-
mueris cum diues factus fuerit homo, & cum multi plicar-
rit gloria domus eius. Quoniam non, cum morietur, acci-
hac omnia. Vides viuentem diuitem, cogita morietem.
Quid hic habeat attendis: quæ secum tollat attende. Quæ
secum tollit? Multum auri habet, multum argenti ha-
multum prædiorum, mancipiorum: moritur, remaneant illi
scio quibus. Et si enim dimittit quibus vult, non seruat quæ
vult. Multi enim & non sibi dimissa acquiruntur, & non
sibi dimissa perdiderunt. Remaneant enim illa omnia; & non
secum. Quid? Fortè dicit aliquis: Illud secum tollit, vnde
uoluit; & quod illi erogatur ad pretiosum & marmoratum
sepulchrum, ad instruendam memoriam: hoc secum tollit.
Ego nec hoc dico. Exhibent enim ista non sentienti. Si
mientem & non vigilantem ornas, in lecto secum illa ha-
Fortè ornamenta insunt in corpore iacentis, & fortè illa
somnia in pannis se videt. Quod sentit, ei plus est, quæ
quod non sentit. Quanquam & illud, cum euigilauerit,
erit: tamen dormienti maius illud erat, quod in somno
bat, quam illud quod non sentiebat. Quid ergo dicunt sibi
mines? Erogem, quæ habeo, ad mortem meam: quare diuites
hæredes meos diuites? Multa habebunt de meo, habebunt
ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit cor-

mortuum? Quid habebit caro putrescens? Quid habebit caro
non sentiens? Si aliquid habuit diues ille, cuius lingua sicca
erat: tunc habebit homo aliquid de suo. Nunquid sic legimus
in Euangelio, quia diues ille cum holoseris & byssinis tegu-
mentis apparebat in igne? Nunquid qualis erat in epulis ad-
mensam, talis erat & apud inferos, cum sitiret, & stillam desi-
deraret? Non ibi erāt illa omnia. Non ergo secū accipit homo
omnia; nec quod tollit sepultura, tollit secum mortuus. Vbi
enim sensus, ibi homo: vbi nullus sensus, non est homo. Iacet
vas quod continebat hominē, domus quæ habebat hominem.
Corpus dicamus domum: spiritum dicamus habitatorem domus.
Spiritus torquetur apud inferos: quid illi prodest, quia
corpus iacet in cinnamidis & aromatibus, inuolutum pretiosis
linteis? Tanquam si dominus domus mittatur in exilium, & similitudo
tuo rones parietes ipsius. Ille in exilio eger, & fame deficit; vix
ibi vnam cellam inuenit, vbi somnum capiat; & tu dicis, felix
est: nam ornata est domus illius. Quis te non aut iocari aut
insanire arbitretur? Ornas corpus: torquetur spiritus. Da ali-
quid spiritui, & deditis aliquid mortuo. Sed quid illi dabis,
quando ille vnam guttam desiderauit, & nō accepit? Hic enim
contempsit mittere ante se aliquid. Quare contempsit? quia
non putauit vitam, nisi præsentem: non cogitauit nisi quem-
admodum pretiosis vestibus obuolutus sepeliiretur. Ablata est
ab illo anima eius, sicut Dominus dicit; Stulte, hæc nocte au-
feretur anima tua; & quæ parasti, cuius erunt? Et impletum est
in illo, quod psalmus dicit: Ne timearis, cum diues factus fue-
rit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam
non, cum morietur, accipiet hæc omnia. Et quid idem
iste psalmus dixit de tali homine: Et laborabit, inquit, in æter-
num, & viuēt in finem. Labor eius sine fine erit, vita ipsius
habebit finem. Quare hoc dixit, viuēt in finem? Vitam quippe
non ponunt isti, nisi delicias quotidianas. Ad eō sunt multi
inopes & pauperes nostri, parum firmi, & non intuentes quid
illis promittat Deus pro istis laboribus: cum viderint diuites
in epulis quotidianis, in splendore & nitore auri & argenti,
quid dicunt? Soli sunt isti; isti verē viuunt. Viuant; finietur
vita ipsorum; labor non finietur. Laborabunt in æternum, &
vniēt in finem. Quomodo viuēt in finē? Quomodo viuēbat
ille qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie
spendidē, & iacentem vlcerosum ante ianua, cuius vlcera
Luc. 16.

similitudo
pulchra.

Luc. 13.

Psal. 32.

3 In Psal. 48.
conc. 2. in iud.

Luc. 16.

Vide Ser. 127.
de temp. in
medio.

canes lingeat, & desiderantem micas, quæ de mensa
cadebant, superbus & tumidus contemnebat. Quid
fuerent ille diuitiæ? Mutauerunt vicem ambo: ille autem
diuitiis sublatus est in sinum Abraham: ille ab epulis splen-
dissimus est in ignem. Ille requiescebat, ille ardebat; satius
ille, ille stitabat. Ille laborauerat in finem, viuet in æter-
num: ille vixerat in finem, laborabit in æternum. Et quid profici-
turi, qui quæ sunt apud inferos in tormentis positus, ille
guttam aquæ in linguam suam de digito Lazari, dicens: Ni-
am ardeo hic in flamma: & non illi concessum est: Sic
rauit in te gutta de digito, quomodo ille micas de mensa
Sed illius labor finitus est, & illius vita finita est. Labor
in æternum: vita illius in æternum. Non hic habemus,
qui fortè hic laboramus in terra, & non sic erimus postea,
enim vita nostra Christus in æternum. Illi autem qui hic
habere vitam, laborabunt in æternum, & viuunt in finem.

CAP. XXIX.

tem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: sic &
Christus, membra multa, vnum corpus. Ergo simul omnes nos
in capite nostro Christo in celum ascendimus: cum eo ibi fide
vires. *Spe hic gauderet*; sine capite nostro Christo nihil vspiam
vires. Quare? Quia nos cum capite nostro vitis; sine capite
autem (quod absit) sarmenta præcisa, non alicui operi agrico-
lo, sed igni tantum modo destinata. Ideo & ipse in Euange-
lio. Ego sum vitis, inquit; vos estis palmites: pater meus agri-
cultor est. Et, Sine me, inquit, nihil potestis facere. Domine, si
etate nihil, totum in te. Etenim quicquid ille operatur per
nos, nos videmur operari. Potest ille multum, & totum hæc
operari; nos nihil sine ipso.

5 Ibidem inf.
1. Cor. 12.
Videin Psal.
142. in initio.

Ioan. 15.

CAP. III.

*Christus non solus in celum ascendit, sed nos cum illo: vnde
& vita nostra abscondita est cum Christo in Deo.*

Verum hoc nos mouere posset, quod ipse Dominus noster Ie-
sus Christus dixit, Nemo ascendit in celum, nisi qui de-
scendit in celo, filius hominis qui est in celo. Tanquam enim
de solo videtur dixisse. Ergo ceteri remanserunt, quia solus
ascendit, qui solus descendit; *Minime verò*. Quid igitur debent
ceteri? Vni cui corpori ipsius, vt sit vnus Christus, qui de-
scendit & ascendit. Descendit caput; ascendit cum corpore,
vniuersa Ecclesia sua, quam sibi exhibuit sine macula & ruga,
vniuersa ergo ascendit. Sed & nos quando cum illo sic sumus, vt
illo membra eius simus; & nobiscum solus est; & ideo vnus
semper vnus: vnitatis nos compaginat vni. Et illi soli cum illo

1 In Psal. 122.
in princip.

non ascendunt, qui cum illo vnus esse noluerunt. Iam quoniam ipse, qui in cælo positus est, & carne suscitatus mortalis, per quam fuit ad tempus mortalis, & nihil in perfectionem patiens, nihil malitiarum & opprobriorum sicut in hac terra, quando pro nobis omnia sustinere dignatus est: *ex charitate* compassus est corpori suo, in terra laborans, non præter spem esse debemus. Imò cum magna fiducia sumere: quia si per charitatem ipse nobiscum in terra est, eandem charitatem & nos cum eo in cælo sumus. Sed dicitur quemadmodum nobiscum ipse in terra sit, vocem eius dicitur de cælo sonantis; Saule, Saule, quid me persequeris? cum Saulus omnino non tangeret, sed nec videret. Quomodo ostenditur, quia & nos cum illo in cælo sumus? Hoc patet eodem ipso Paulo Apostolo dicente, Si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera sedens; quæ sursum sunt, sapite; nõ quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ergo & ille adhuc deorsum est, & iam nos sursum sumus. Deorsum est compassione charitatis; nos sursum sumus, charitatis. Spe enim salui facti sumus, per quam sic abscondita est apud illum vita nostra, vt qui modo laboramus in terra, quasi tempore hyemis, arbores non habentes fructum foliis; illo apparente tanquam nõ solo exortore, illud quod radice viuerebat, in fructibus appareat. Radix autem nostra charitas est. Et quid ait Apostolus? Vt sursum debeamus habere radicem, vt vita sit pastor noster: quia habitatio nostra non debet recedere de cælo; quia in hac terra debemus sicut mortui ambulare; vt supra viuentes, infra mortui simus; nos supra mortui, infra viuamus. Quia ergo nõ debet recedere vita nostra & cor nostrum de supernis, quid ait Apostolus? Mortui enim estis: & ne timeres, Vita vestra abscondita est, ait, cum Christo in Deo. Ecce vbi radix sit nostra. Quando autem apparebit honor noster, tanquam in foliis & fructibus sequemur; & dicit: Cum Christus apparuerit vita vestra, & vos cum illis apparebitis in gloria. Ergo 4 tempus gloriæ nostræ nondum venit. Dicatur amatoribus huius sæculi, quales erant fratres Domini: Tempus vestrum semper adest paratum; tempus nostrum nondum venit. Audeamus enim hoc dicere & nos: quoniam corpus Domini nostri Iesu Christi sumus; quoniam membra eius sumus, quoniam caput nostrum gratanter agnoscimus.

Act. 9.

Coloss. 3.

Rom. 8.
3 In Psal. 36.
conç. 2. ante
mediõ.3 In Psal. 48.
conç. 2. ante
mediõ.

Coloss. 3.

4 Tom. 9
Tract. 18. in
Ioannem.
Ioan. 2. ante

proffusus; quoniam propter nos & ipse hoc dignatus est. Quando nobis insulãt amatores huius sæculi, dicamus: Tempus vestrum semper adest paratum; tempus nostrum nondum venit. Nobis enim dixit Apostolus, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo, in Deo. Quando tempus nostrum? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quare ad membra ipsius modò gemunt per vniuersum orbem terrarum: tunc lætabuntur in sine in corona iustitiæ, de qua dicitur: Quam reddet mihi Dominus in illo die, iustus iudex. Quam caput illud nostrum ad dexteram patris interpellat nobis. Alia membra recipit, alia flagellat, alia mundat, alia consolatur, alia creat, alia vocat, alia reuocat, alia corrigit, alia reintegrat.

Coloss. 3.

5 In Psal. 104.
in medio.

1 Timoth. 4.

6 In Psal. 25.
ante mediõ.

CAP. IIII.

Caput Ecclesiæ, quantum distet à suis membris: quoniam quidam hæretici dixerunt fuisse sine humana mente, alij, sine anima.

forte putet quispiam, quia homo ille suscepius à sagittis Dei, equalis erat cæteris hominibus. Si in tuis membris multum distat inter caput & cætera membra; cur nõ in corpore Christi? Certè omnia membra faciunt corpus vnum; vnum tamè interest, inter caput & cætera membra. Etenim membris non sentis, nisi tactu; tangendo sentis in membris: in capite autem & vides, & audis, & olfacis, & gustas, & tangis. Si tanta excellentia est capitis ad membra cætera, quanta excellentia est capitis vniuersæ Ecclesiæ, id est, illius cuius, quem voluit Deus mediatorẽ esse inter Deum & homines. Attamen quidam hæretici dixerunt hominem illum, qui suscepit Verbum, cum Verbum caro factum est, non habuisse mentem humanam, sed tantum animam sine intelligentia humana fuisse. Hominem enim videmus. Vnde conuenienter dicitur: Ex anima & corpore; sed ipsa anima humana habet aliquid, quod non habent animæ pecorum. Nam & pecora animam habent, & animalia vocantur. Non enim vocarentur animalia, nisi ab anima; & videmus quia & ipsa viuunt. Sed quid est amplius homo, vnde factus est ad imaginem Dei? Quis intelligit & sapit: quia discernit bonum à malo; in hoc factus est

7 In Psal. 29.
in præfat.
2. cauat.

Ioan. 14.

Voces que in Scripturis, maxime in prophetiis, de Capite & Corpore, quomodo distinguenda sint secundum personam Capitis & Corporis.

In Psal. 8.
In initio.

ET quando loquimur ad Deū deprecantes, non in Deū separamus; & quando precatur corpus filij, non a Deo parer caput suū: sicut, vnus ipse Saluator corporis sui Dominus noster Iesus Christus filius Dei, qui & oret pro nobis, & oret nobis, & oretur a nobis. Oret pro nobis, vt sacerdos noster in nobis, vt caput nostrū: oratur a nobis, vt Deus noster. Adscamus ergo & in illo voces nostras, & voces eius in nobis que cum aliquo dicitur de Domino nostro, Iesu Christo maxime in prophetia, quod pertinet velut ad quandam humanitatem indignam Deo; dubitemus eam illi tribuere, qui non bitauit se nobis ad iugere. Ei quippe feruit vniuersa creatura quia per ipsum facta est vniuersa creatura. Et propter caritatem eius sublimitatem, diuinitatemq̄, inuenimur, quando audimus. **In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Verbum erat Verbum.** Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: inuenientes excellentiam & supereminetissimam & excellentem omnium creaturarum sublimiam, Diuinitatem filij Dei: audimus etiam aliqua parte scripturarum *ipsum* velut gementem, orantem & confitentem, vt dubitemus ei tribuere verba hæc, ex cogitatione nostra de recenti eius contumeliatione, que eius diuinitati, pigrescit descendere ad eius humilitatem: & tanquam faciat illi iniuriam, si eius verba in homine agnoscat, ad quod verba dirigebat, cum Deum deprecaretur: haret plerumque conatur mutare sententiam, & non ei occurrit in scripturis quod ad ipsum recurrit, & ab illo euari non sinat. Exponitur ergo, & euigilet in fide sua, & videat quia ille, qui contemplabatur paulo antè in forma Dei, formam serui accepit similitudine hominum factus, & habitu inuenus vt homo humilis fuit, factus obediens vsq̄ ad mortem. Oratur ergo in forma Dei: orat in forma serui: ibi creator, hic creatus: creaturam mutandam non muratus assulmus, & secum nos habet vnium hominem, caput & corpus. Iam ergo audiamus, oret caput & corpus, sponfus & sponfa, Christus & Ecclesia: vtrumque vnus, sed Verbum & caro non vtrumque vnus;

Philip. 2.

In Psal. 109.
In initio.

vtrumque vnū. Christus & Ecclesia vtrumq̄ vnus: Ephes. 4. **V**ide vir perfectus in forma plenitudinis fidei, donec occupatus omnes in vnitatem fidei, in agnitionem filij Dei, in perfectionem, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in agnitionem eius audiamus, & personam agnoscamus: necubi quando audieris aliquid quod coaptari capiti illius non ideo hoc prælocutus sum, vt si quid tale audieris, ex in parte corporis aduertas sonare, & vocem membrorum agnoscere capite. **Christus in passione dicit, Miserere mei Deus. Deus dicit, Miserere mei. Qui cum Patre miseretur tui, clamatur, Miserere mei. Etenim quod de illo clamatur, Miserere mei, tuum est. A te hoc accepit propter te liberandū: carne vnus est. Caro ipsa clamatur, Miserere mei Deus, miserere Homo ipse anima est & caro. Totum enim hominem dicit Verbum, & totus homo factus est Verbum. Ne ideo dicitur non ibi fuisse animam, quia Euangelista ita dicit, Verbum factū est, & habitauit in nobis. Etenim dicitur caro facta, sicut alio loco dicit Scriptura: Et videbit omnis caro factam Dei. Nunquid caro sola videbit, & anima ibi non erit? **Deus dicit ipse Dominus de hominibus, Sicut deisti ei portem omnis carnis. Nunquid in solam carnem acceperat caritatem, & nō maxime in animas, quas primus liberabat? Liberat anima, ibi erat caro, ibi totus homo: totus homo Verbo, & Verbum cum homine, & homo & Verbum vnus est & verbum & homo, vnus Deus. Dicit ergo, Miserere Deus, miserere mei. Non expauescas voces petentes misericordiam, & exhibentes. Ideo enim petit, quia exhibet: ad hoc homo, quia misericors: non vt conditionis necessitate dicitur, sed vt te de conditione necessitatis liberaret: sicut te dicitur, quomodo s qui homo factus est propter te, incongruè oret pro te. Si ergo non incongruè oret pro te, incongruè porit & ista verba dicere propter te. **Miserere Deus.** Habes iam maiestatem, ad quam ores: habes humanitatem, quæ pro te oret. Nam hoc dictū est ab Apostolo, post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, **Qui inquit, ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, interpellat pro nobis? Quia mediator esse dignatus. Quid est mediator esse inter Deum & homines? Non Patrem & homines: sed inter Deum & homines. Quid Deus? Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quid iunx******

ibidem inf.

In Psal. 109.
post initium.
Vide in Psal.
49. à principio.

Ioan. 1.

Esaiæ 40.

Luc. 1.

Ioan. 7.

In Psal. 109.
in prælat. 2.
enarr.

ibidem sup.

Rom. 8.

homines? Peccatores, impij, mortales. Inter illam trinitatem & hominum infirmitatem & iniquitatem; mediator factus homo non iniquus, sed tamen infirmus; vt ex eo quod natus quus, iungeret te Deo: ex eo quod infirmus, propinquaret atque ita vt inter hominem & Deum mediator existeret, vt quidem mediator, homo *solus* præter Deitatem: non medius, *solum* præter humanitatem. Ecce mediator qui sit humanitas sine humanitate, non est mediatrix: humanitas sine humanitate, non est mediatrix: sed inter diuinitatem *solum* humanitatem *solum*, mediatrix est humana diuinitas, & diuinitas humanitas Christi.

CAP. VII.

Cum caput nostrum Christus sanctus sit; & nos membra sancti sumus.

1 In Psal. 85.
post initium.

Hoc verò quod Psalmista ait, Custodi animam meam quoniam sanctus sum; nescio vtrū potuerit forte dicere, nisi ille qui sine peccato erat in hoc mundo, peccator omnium non commissor, sed dimissor. Agnoscat vtrū dicentis, Quoniam sanctus sum, custodi animam meam; vt in illa forma serui; quam assumpserat. Ibi enim caro, ibi & anima: Neque enim, vt nonnulli dixerunt, *de quibus iam dictum est*, caro sola erat & Verbum; sed caro & anima, & Verbum totum hoc vnus filius Dei, vnus Christus, vnus saluator, in forma Dei æqualis Patri, in forma serui caput Ecclesie. Quoniam sanctus sum, cum audio, vocem eius agnosco, & separo meam. Certè inseparabiliter à corpore suo loquitur, sic loquitur. Et audeo ego dicere, Quoniam sanctus sum, sanctus, tanquam sanctificans, & nullo sanctificante indigens superbus sum, & medax. Si autem sanctus sanctificatus fuerim id quod dictum est, Sancti estote, quoniam ego factus sum: audeat & corpus Christi, audeat & vnus ille homo, qui à finibus terræ, cum in capite suo, & sub capite suo dicitur, factus sum. Accipit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi & remissionis peccatorum. Et hæc quidem fuit, ait Apostolus, enumeras multa peccata, & leuia & grauias, & vitia & concupiscentias: sed abluti estis, sed sanctificati estis. Si ergo baptizati & sanctificati dicit; dicat & vnusquisque fidelium, Sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si dixerit te sanctum esse ex te, superbus es: rursus fidelis in Christo

Leuit. 29.

1. Cor. 6.

Christi, si te non dixeris esse sanctum, ingratus & hominum infirmitatem & iniquitatem; mediator factus homo non iniquus, sed tamen infirmus; vt ex eo quod natus quus, iungeret te Deo: ex eo quod infirmus, propinquaret atque ita vt inter hominem & Deum mediator existeret, vt quidem mediator, homo *solus* præter Deitatem: non medius, *solum* præter humanitatem. Ecce mediator qui sit humanitas sine humanitate, non est mediatrix: humanitas sine humanitate, non est mediatrix: sed inter diuinitatem *solum* humanitatem *solum*, mediatrix est humana diuinitas, & diuinitas humanitas Christi.

CAP. VIII.

caput Christus quadam loquitur ex persona solius capitis; quadam ex persona solius corporis.

Periclitari solet, cuius sit vox illa in Psalmo: Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: & aliqui dicunt Christi, propter quadam quæ ibidem dicuntur de Christo. Sed, Non est pax ossibus meis à facie peccatorum, quomodo diceret, qui nullum peccatum habebat? Erat nos ergo intelligendi necessitas, ad cognoscendum quem plenum & totum Christum, id est, caput & corpus, vnum in scripturis Christum loquitur, aliquando ex persona solius capitis loquitur, quod est ipse saluator, natus ex Maria: aliquando ex persona corporis sui, quod est sancta Ecclesia: diffusa toto orbe terrarum. Et nos in corpore ipsius sumus, & fides nostra sincera sit in illo, & spes nostra certa, & charitas nostra accensa: sumus in corpore ipsius, & membra ipsius; & vnus nos ibi loqui, Apostolo dicente, Quoniam mem-

1. Cor. 4.

Galat. 2.

Ephes. 4.

Psalen. 85.

1 In Psal. 17.
post principium.

Ephes. 5.

bra sumus corporis eius. Et multis locis dicit hoc Ap-
 Nam si dixerimus verba prædicta non esse Christi, non
 & illa in alio Psalmo verba Christi: Deus meus, Deus
 ut quid me dereliquisti? Et ibi enim habes, Lōge à saluto-
 verba delictorum meorum. Quomodo hic habes, A facie
 catorum meorum; sic & ibi habes, Verba delictorum meo-
 Et si est Christus vti que sine peccato, & sine delicto, inci-
 non putare verba illa Psalms, illius esse. Et valde dicitur
 contrarium est, ut ille Psalms non pertineat ad Christum
 habemus statim tam aperta passionem eius, tanquā ex
 gelio recitetur. Ibi enim habemus, Diuiserunt sibi vestimen-
 mea, & super vestimentum meū miserunt sortem. Quid
 ipse Dominus in cruce pendēs, primum versum Psalms
 ore suo protulit, & dixit; Deus meus, Deus meus, ut qui
 dereliquisti? Quid enim voluit intelligi, nisi illum Psal-
 totum ad se pertinere, quia caput ipsius, ipse pronunc-
 Vbi autem sequitur & dicit, Verba delictorum meorum
 est dubium, quia vox Christi est. Vnde ergo peccata, nisi
 pore, quod est Ecclesia? Quia loquitur corpus Christi
 put. Quare tanquam vnus loquitur? Quia erunt duo, in
 in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ait Apo-
 ego autem dico, in Christo & in Ecclesia. Vnde etiam
 ipse loqueretur in Euangelio, respondens eis qui quæstio-
 intulerunt de vxore dimittenda, ait; Non legis quod
 prum est, quod Deus ab initio masculū & feminam fecit
 &. Relinquit homo patrem & matrem, & adhærebit vni
 & erunt duo in carne vna? Igitur iam nō duo, sed vna est
 Si ergo ipse dixit, iam non duo, sed vna est caro; quid mi-
 si vna caro, vna lingua, eadem verba, tanquam vnus
 capitis & corporis? Sic audiamus tanquam vnum: sed
 caput tanquam caput, & corpus tanquam corpus. Non
 duntur persone, sed distinguitur dignitas: quia caput sal-
 saluatur corpus. Caput exhibeat misericordiam, corpus de-
 miseriam. Caput est ad purganda peccata; corpus ad constitu-
 peccata, vna tamen vox: vbi non scriptum est, quando dicitur
 pū, quando caput, sed nos in audiendo distinguimus: velle
 tanquam vnus loquitur. Quare enim non dicat, Peccata
 meorum; qui dixit, Esuriui, & non dedistis mihi mandu-
 scurui, & nō dedistis mihi potū? hospes sui, & nō recepistis
 infirmus sui, & in carcere; & non visitastis me? Certē Dom-

Psalms. 31.

Math. 27.

Genes. 2.
Ephes. 5.

Math. 19.

Math. 15.

in carcere. Quare non hoc diceret, cui cum dictum
 Quando te vidimus esurientem & sitientem, aut in car-
 & non ministrauimus tibi? respondit sic, & ex persona
 oris sui, indicans se dixisse, Cum vni ex minimis meis non
 his, nec mihi fecistis? Quare non dicat, A facie peccato-
 meorum; qui dixit Saulo: Saule, Saule, quid me perseque-
 ni vti que in cælo iam neminem persecutorem patieba-
 sed quomodo ibi caput loquebatur pro corpore: sic & hic
 dicit voces corporis, cum & capitis voces audis. Sed ne-
 im corporis voces audieris, se pares caput: neq. cum capitis
 audieris, se pares corpus; quia iam non duo, sed vna caro.

CAP. IX.

Christus quomodo fuerit pauper & quomodo diues.

Te pertinent & illa verba in Psalmo centesimo primo,
 Quia cinerem tanquam panem māducabam, & potum
 cum sterco miscebam. Ecce enim vnus ibi pauper orat, in Psal. 102.
 orat in silentio. Licet ergo audire eum, & videre quis
 sit: ne forte ille sit, de quo dicit Apostolus, quod propter
 super factus est, cum diues esset, ut illius pauperate nos
 emur. Si ergo ipse est; quomodo pauper? Nam quomodo
 quis non videt? Vnde enim homines sunt diuites? Puto,
 argento, familia, terra: sed omnia per ipsum facta sunt.
 ergo illo diuites, per quem factæ sunt diuitiæ, illæ etiam,
 non sunt veræ diuitiæ: Per illum enim & illæ diuitiæ, in-
 tum, memoria, motus, vita, ipsius corporis sanitas, sensus,
 imatioque membrorum. Et enim cum hæc salua sunt, &
 res diuites sunt. Per illum & illæ maiores diuitiæ, fides,
 iustitia, charitas, castitas, mores boni. Nemo enim & has
 nisi per eum qui iustificat impium. Ecce quā diues.
 enim magis diues, qui habet quod vult alio faciente, qui
 scit quod vult & alio habente: Puto quia dicitur ille, qui
 quod habes. Quia quod ille habet, tu non habes. Ecce
 diues. In hoc tam diuite vnde agnitiui sumus hæc verba
 in Psalmo dicētis, Cinerem sicut panem manducaui,
 cum cum sterco miscebam? Vnde? Hincne illæ tantæ
 peruenere? Multum illud excelsum; multum hoc
 hum. Quid faciemus? Quemadmodum ista ima illis

In Psal. 102.
in initio.

1. Corinth. 8.

Psalms. 102.

Ioan. 1.

summis comparabimus? Nimis ab iniuicem longe est. Sed dum agnosco istum pauperem. Alius est fortasse. Sed quæramus. Vnde enim nobis non videtur ipse? Mirum terrozas, & non expauescas diuitias. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt, & factum est nihil. Qui ita dixit, cum diceret, diues erat: magis ille, de quo dicebat, In principio erat Verbum. Qualecunque verbum, sed Verbum Deus: & non vbius, sed apud Deum: & non vacans, sed omnia per ipsum factum. Quid tandem? Cinerem tamen sicut panem manducauerunt, potum suum cum sicut commiscuit. Merendum est, ac diuitiis nostra paupertas faciat iniuriam. Quere ad huc, ne ipse fit pauper iste, quoniam Verbum caro factum est, bitauit in nobis. Respice & illam vocem: Ego seruus tuus filius ancillæ tuæ. Attende ancillam istam castam, & virginem & matrem. Ibi enim accepit paupertatem nostram, vbi formam indutus est, semetipsum exinanians: ne diuitias expauesceres, & ad eum accedere cum tua mendicitate non dederes. Ibi accepit, inquam, formam serui. Ibi nostram induit est paupertatem. Ibi se pauperavit. Ibi nos ditauit. Iam propinquamus de illo hæc intelligere. Verum tamen a temere non est pronuntiandum. Partus virginis est, lapsum manibus, de mōte præcisus, vbi nullus hominum operatus, nulla transfusa concupiscentia, sed sola fides accensa, & caro concēpta. Deinde processit ex utero: Locuti sunt angelus pastoribus nunciauerunt; stella ad adorandum regem reges traxit; Simeon impletus Spiritu sancto, infantem in matris manibus agnouit. Accessit ætas, non diuitiis carni. Horrent, miranturque sapientiam Dei pueri duodecim imperiti senes. Aut etiam si periti senes; quid illorum perit ad Verbum Dei? Quid illorum peritia ad Sapientiam Dei? ne & periti, nisi illo subneciente; vtique perituri? Cresce huc ætate corporis, venit ad fluiuium baptizandus. Baptizatum Deum agnouit, indignum se soluēdum calciamenti coturnos confutur. Iam inde, cæci illum inuāt, ludiis aperitur, et loquuntur muti, mundantur leprosi, stringuntur paralytici, conualescunt languidi, resurgunt mortui. Iam quidem Verbi illius, per quod facta sunt omnia, comparatione diuitiarum, agnosco paupertatem, sed quam longè adhuc a consuetudine

Psal. 115.

Philip. 2.

Daniel. 2.

Luc. 2.

Matth. 2.

Luc. 2.

Adhuc timeo dicere, Ipse est ille pauper; & tamen ipse. Sunt enim hic, quæ me cogāt velle; & rursum quæ me cogunt timere. Ipse est, & non est ipse. Iam seruus est, iam mortalem fragilemque carnem portat, infirmus & moriturus aduenit; & tamen nondum intelligi hæc cęstare, Cinerem sicut panem manducaui, & potum cum sicut miscebam. Addat ergo paupertatem patrum, & transigret in se corpus humilitatis nostræ. Sit caput eorum; simus membra eius: sint duo in carne vna. Iam enim sicut ut pauper esset, formam serui accipiens, dimisit patrem, & matrem, & matrem, & matrem. Qui autem de virgine natus est, dimittat & matrem, & matrem vxori suæ, & sint duo in carne vna. Ita enim erunt duo in voce vna, & in illa vna voce non mirabimur nostram; Cinerem sicut panem manducaui, & potum meum cum miscebam. Dignatus est enim habere nos membra. Sunt in membris eius. Non enim excludit & separati ab Ecclesia eius. Nec omnino sibi adiungeret coniugem, illa voce, Agite penitentiam; appropinquabit enim Matth. 23. regnum celorum.

Psal. 102.

Matth. 23.

CAP. I.

Infirmus factus est Christus; & eius infirmitas nostra est fortitudo.

Liquid etiam me dicere admonet in hoc loco, Capituli in Psal. 115. ipsius nostri sublimitas, hoc est, Christi: quoniam infirmus est vsque ad mortem, & assumpti infirmitatis carnem, pullos Hierusalem colligeret sub alas suas, tanquam gallina circumdata cum paruulis. Non enim in aliqua aue hoc aliquantulum conspicimus, earum etiam quæ nidificant ante oculos nostros, sicut sunt parietum passeris, sicut hirūdines tanquam nostræ hospites; sicut ciconia, sicut alix atque alix aues, ante oculos nostros nidificat, & ouis insidit, pullos alunt; sicut ipsæ columbæ, quas quotidie videmus; aliquando autem in mari cum paruulis non cognouimus, non aspeximus, non vidimus. Gallina quomodo hoc habet? Certè notam rem dico, in conspectu nostro quotidie versatur; quomodo taceat in quomodo sit hispidum totum corpus, demittuntur alæ, & pluma. Et vides circa pullos nescio quid agrotum, & tota materna charitas, quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo inueniatur, nisi propter hoc, gallina esse voluit, in sancta Scriptura

in Psal. 115. post initium.

Vide in Psal. 90. conc. 1. in medio, & To. 4. li. 1. quest. 2. euang. ca. 36.

putra dicens; Hierusalem, Hierusalem, quoties voluit congregare filios tuos, tanquã gallina pullos suos sub alas, & non congregavit autem omnes gẽtes tanquam gallina pullos qui infirmatus est propter nos, accipiens carnem à nobis, & à genere humano, crucifixus, contemptus, alapis caesus, ligno suspensus, lancea vulneratus. Ergo hoc non infirmitatis est, non amillæ maieſtatis. Cũ talis ergo Christus, & tamen carnem sine peccato suscepisset, factus particeps nostræ infirmitatis, non inquitatis: vt ex nobiscum communicauit infirmitatem, solueret uelut inquitatem. Quid ergo? Secundum id quod Deus est, agnoscerendus; & illud solum in eo considerandum est, quod propter nos factus est, non illud, quod nos fecit? Planè etiam considerandum est: quia magnum pietatis indicium est, quod quis pro te quid sustinuit. Non quicunque paruus pro te, sed pro te infirmo ille summus. Quid? Suprà audi, quia forma Dei esset, non rapinã arbitratus esse, esse se æqualem Deo. Ergo æqualis Deo semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus homo: & ita exinanuit, vt assumeret quod non erat; non amitteret quod erat. Quomodo ergo se exinanuit? Quia talis apparuit: quia tibi dignitatem, quam apud Patrem habuisti, non demonstrauit: quia tibi dignitatem, quam apud Patrem habuisti, infirmum eum vis nosse? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi te creauit, infirmitas Christi recreauit. Fortitudo Christi fecit, vt quod non erat, esset in nobis; infirmitas Christi fecit, vt quod non periret. Condidit fortitudine sua; quæsiuit nos infirmitate sua. Nutrit ergo nos infirmitas infirmos, tanquam gallina pullos suos: huic enim similem fecit. Sic ergo infirmus Iesus. Infirmitas in carne non illi spiritui infirmari. In illius infirmitate tu fortis es, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Subterfugit enim magnum indicium sacramenti: imò Deus in illo præbuit. Magna & dormiens meruit accipere vxorem; & de costa eius facta est ei vxor, quoniam de Christo in cruce dormiente futura est Ecclesia. De latere eius, de latere scilicet dormientis: quia de latere in cruce pendeatis, lancea percussio, sacramenta Ecclesie proflexerunt. Sed quare hoc dicere uolui? Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago præcellit. *Papa*

Philip 2.

2 To. 9. Tract. 11. in Ioan. ante med.

Vide Ser. 19. de verb. Dom. in fine. 2. Cor. 1. Rom. 5.

Gen. 2.

Ioan. 16.

mem detrahere hominũ, vnde faceret feminam; & mater quasi congruere potuisset. Fiebat enim sexus infirmus, & magis de carne infirmitas fieri debuit, quam de ossibus: quia in carne infirmiora sunt. Nõ detraxit carnem, vnde infirmitatem; sed detraxit os: & detracto osse formata est mulier; in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os detraxerit, poterat ad faciendam mulierem non costam, sed carnem detraxerit. Quid igitur significauit? Facta est mulier inquit, tanquam fortis: factus est Adam in carne tanquam infirmus Christus est, & Ecclesia. Illius infirmitas, nostra est fortitudo: si modo agnoscamus infirmitatem nostram, vt quasi infirmi fugiamus sub alas matris, ne à miluo rapiamur. Iesus sub alas matris sapientie: quia & ipsa sapientia inuenta est propter nos, quia Verbum caro factũ est. Sicut ergo inuenitur gallina cum pullis suis, vt protegat eos alis suis: sic dominus noster Iesus Christus, qui cùm in forma Dei esset, rapinam arbitratus esse se æqualem Deo; vt infirmare nobiscum, & alis suis protegeret nõs, semetipsum exinanitatem serui accipiens, in similitudine hominum factus & habitu inuentus vt homo.

CAP. XI.

Illius, quo mysterio dicatur vel legatur esse pelicanus, nycticorax, & passer.

Rates, cùm ad eandem mysterij rationem pertinere videtur, quod dicitur vel etiam legitur de pelicano; non facemus: non aliquid affirmantes temere, sed tamen non negantes, quod, qui scripserunt, & legi & dici uoluerunt. Dicunt, quod aues tanquã colaphis rostrorum occidere paruulos filios suos, eosdemque in nido occisos à se, lugere per triduum. Po- terat dicunt matrem seipsam grauitur vulnerare, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Poterat hoc uerum, fortasse fallum sit: tamen si uerum est, non admodũ illi congruat, qui nos uiuificauit sanguine suo, & sanguine suo, congruit illi, quod matris caro uiuificauit sanguine filios suos: satis congruit. Nam & ipse, vt supra dictum est, non solum se dicit super pullos suos. Hierusalem, Hierusalem, quare uolui congregare filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alas, & noluisisti? Habet enim paternam authoritatem, habet

Nota.

In Psal. 96. conc. 1. post princip.

In Psal. 107. conc. 1. in med.

Matth. 23.

1. Corinth. 4. habet maternum affectu: sicut & Paulus & pater est, & est; non per seipsum, sed per Euangelium. Pater est, vbi
Et si habeatis multos pædagogos in Christo, sed non in
Galat. 4. Mater autem, vbi ait, Filioli mei, quos iterum parcurio, dicitur
Christus formetur in vobis. Habet ergo hæc auis, si verum
est, magnam similitudinem carnis Christi, cuius sanguine
vificati sumus. Sed quomodo congruit Christo, quod ipse
didit filios suos? An & illi non congruit, Ergo occidam, &
viuificabo? ego percutiam, & ego sanabo? An verò Saulus
secutor moretetur, nisi in cælo percuteretur? Aut prædicatio
excitaretur, nisi illius sanguine viuificaretur? Sed hoc videtur
qui scripsit, non in incerto intellectum nostrum conlitemur
re nos debemus. Hæc autem potius in solitudine cognoscimus.
Hoc enim inde Psalmus voluit ponere in versiculo
Psalm. 107. dicitur, Similis factus sum pellicano, qui habitat in solitudine
factus sum sicut nycticorax, quæ habitat in parietinis, & factus
sum sicut passer singularis in tecto. 2. Ecce tres aues, & tria
ca, in hoc versu comprehensa, quid sibi velint, donet Dominus
vt dicamus. Quæ tres aues? Pellicanus, nycticorax, & passer
tria loca, solitudo, parietina, & tectum. Pellicanus in solitudine
nycticorax in parietinis, passer in tecto. Primum quid sit pellicanus,
dicendum est. In ea quippe regione nascitur, vt non
ignota hæc auis sit. Nascitur in solitudinibus, maxime Nilum
fluminis, in Aegypto. Quælibet hæc auis sit, quod de illa Psalmus
dicere voluit, hoc ioteuamus. Habitat, inquit, in solitudine.
Quid quærit formam eius, membra eius, vocem eius?
Quantum tibi Psalmus dicit, auis est in solitudine habitat.
Nycticorax auis est amans noctem. Parietina dicuntur, quæ
vulgo dicimus ruinas, vbi parietes stant sine tecto, sine habitantibus:
ibi habitat nycticorax. Iam verò passer, & tectum, quid sit, nouimus.
Inuenio ergo aliquem de corpore Christi prædicatorem
verbi, compatiens in infirmis, querentem lucrum Christi, reminiscens
Domini sui venturi, ne dicat, Sequere me, & piger, dare debueras
pecuniam meam nummulatam. Ex huius dispensatoris officio
videamus hæc tria. Venerit in solitudine, vbi Christus est, & ceciderunt:
nycticorax est in parietinis. Non enim deserit tenebras eorum qui
habitant in nocte: & ipsos lucrari vult. Venerit ad eos qui Christiani
quidem

Matth. 25.

habitates in domo, non quasi qui non crediderint, & non
crediderint, dimiserunt, sed in eo quod credunt, irentes
ambulantes; clamat ad eos tanquam passer. Non in solitudine
quia Christiani sunt; nec in parietinis, quia non ceciderunt
sed tamen in tecto sunt, vel sub tecto potius, quia sub
sunt. Ille super carnem clamat passer, qui præcepta Dei
habet, nec fit carnalis, vt subiiciatur tecto. Sed quid de his
dicimus? Ipsum Dominum iterum videamus, ne forte ipse
melius ipse agnoscatur, & pellicanus natus in solitudine,
nycticorax in parietinis, & passer singularis in tecto. Quasi
in solitudine natus est, quia solus de virgine natus. Post
natum ventum est ad passionem. A quibus crucifigebatur?
quid àstantibus? Nunquid à lucentibus? Ergo tanquam
in nocte ignorantia ipsorum, & tanquam in parietinis, ruinis
in. Ecce nycticorax, & in parietinis amat & noctem. Nam
amar, vnde diceret, Pater, ignosce illis, quia non sciunt quid
faciunt. Deinde natus in solitudine, quia solus ita natus; passus
in tectis Iudæorum, tanquam in nocte, in præuocatione
in ruinis. Quid postea? Ascendit in cælum, factus est
passer volando, id est, ascendendo singularis in tecto, id est,
in cælo. Ergo pellicanus nascendo, nycticorax moriendo, passer
volando. Ibi in solitudine velut solus: hic in parietinis velut
occisus, qui stare non poterunt in ædificio; hic verò
vigilans & volans singularis in tecto: ibi interpellat pro
nobis. Caput enim nostrum passer est; corpus illius, turtur.
Ipsi passer inuenit sibi domum. Quam domum? In cælo
interpellat pro nobis. Et turtur nidum sibi: Ecclesia Dei
in ligno crucis ipsius, vbi ponat pullos suos, paruolos
non enim abiicit eos vbi conque; sed inuenit sibi nidum.
ponat, donec pennis pleni adolescant, & perfecti ad volandum
sunt. Hoc enim quod a apostolus dicit Paulus, vt vultis
non simus paruuli, iactati & circumdati omni vento
iniquitatis. Superius autem dixerat, Donec occurramus omnes
in unitatem fidei, in agnitionem filij Dei, in virum perfectum,
in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Plenitudo ergo Christi
caput & membra. Quid est, caput & membra? Christus &
membra. Arrogarem enim nobis hoc superbum, nisi ipse
diceret hoc promittere, qui per Apostolum eundem dicit, Vos
estis corpus Christi, & membra. Loquitur enim paruus, sed
ipse ita paruus, vt & magnus: nos autem paruus, sed

1 Ibidem inf.

Luc. 25.

Vide Ho. 13.
inter quinque
Psal. 23.

4 In Psal. 25.
in medio.

5 Ro. 9. Tract.
21. in Ioan. in
medio.
Eph. 4.

1. Corinth. 13.
1 Ibidem sup.

sed in illo magni. Loquitur itaque mater fovens & lactentes, & amando crescentes. 7 Neque enim ad hoc sapientia nostra infirmitate suscepta, *missa à Patre* venit, ligendos sub alas suas filios Hierusalem, quemadmodum na pullos filios; vt semper paruuli, sed vt malitia infantis, te pueri esse definamus.

CAP. XII.

Infirmis Christi, paruulis lac est: eius diuinitas maioribus solidus cibus.

1 To. 3. lib. 1.
de Genes. ad
lit. cap. 18.

Quisquis ergo nouit natum esse se, & in carne sua & infirmatum esse filium Dei intelligit; & audit quia est, & infans, audè in hiet uerbis matris, & citò crescit, autem mater Ecclesia: & vbera eius duo testamenta Scripturam diuinam. Hinc sugatur lac omnium sacramentorum temporaliter pro æterna salute nostra gestorum: vt nutritio que roboratus perueniat ad manducandum cibum, quod est principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Lac nostrum Christus humilis est; cibus non idè ipse Christus æqualis Patri. Lactè te nutrit, vt pane pascitur. 2 Ecce panis paratus est tibi: sed prius cresce de lacte, vt ad nem peruenias. Et quomodo, inquis, cresce de lacte? Quod tibi factus est Christus ad infirmitatem tuam, hoc prius est & fortiter tene. Quo modo ergo mater, cum uiderit filium minus idoneum ad capiendum cibum, ipsos cibos eidem traiectos per carnem suam: (Nam ipse est panis, de quo inquit pascitur, quo & mater eius pascitur, sed ad mensam infantis minus idoneus est, ad mamillam idoneus est: panis ergo mensa traicitur per matris mamillam, vt sic perueniat ad alimentum ad paruum infantem.) Sic Dominus noster Iesus Christus cum esset Verbum apud Patrem, per quod facta sunt omnia, qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, qualem caperent per modo suo angelus vnde in cælo potestates & virtutes intellectuales pascere: homo autem infirmus & carne inuolutus iaceret in terra, possit ad eum peruenire panis cælestis, vt panem angelorum mādudaret homo, & manna descēderet ad veriorem populum Israel: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod propter ipsi infirmis Paulus Apostolus hoc dicit, quos dicit

Toan. 2.

2 In Psal. 130.
in medio.

vide Ser. 38.
de ver. Dom.
in sine.

Philip. 3.

Psalm. 77.
Ioan. 2.

caruales: Nunquid dixi me scire aliquid in vobis, & in Christo, & hunc crucifixum? Nam Christus erat crucifixus: In principio erat Verbum, & Verbum erat cum Deo, & Deus erat Verbum. Et quia ipsum Verbum caro est, & ipsum Verbum crucifixum est: sed non est mutatus in hominem, homo in illo mutatus est. Muratus est homo, vt melior fieret quàm erat; non vt ipsa substantia conuertetur. Per id ergo quod homo erat, mortuus est, & per id quod Deus erat, excitatus est homo, & resurrexerit in cælum. Quicquid passus est homo, non potest, non passus est Deus, quia Deus erat hominem alluendo, sed non est muratus in hominem: quomodo non potest non te passum iniuriam, si vestis tua conscindatur. Et si loqueris vel amicis, vel in iudicio, hoc dicit iudici, & dicit me. Non dicit, conscidit birrum meum; sed, conscidit me. Si potuit & meruit vestis tua dici tu, quæ non est tua, illis tua; quanto potius meruit audire caro Christi, temerari Verbi, vniti cum Verbo; vt quicquid in carne pateretur, ipse pateretur: quamuis Verbum nec mori potuerit, nec dampni, nec mutari, nec occidi: sed quicquid horum passum in carne passum est. Et noli mirari, quia Verbum nihil passum est: nec anima hominis potest pari aliquid, occisa carne, in ipso Domino, Nolite timere eos qui corpus occidunt, anima autem non possunt occidere. Si anima non potest occidere, Verbum Dei poterat occidi? Et tamen quid dicit? Flagellauit me, colaphizauit me, percussit me, dimaniavit me: torum non sit in anima; & tamen non dicit nisi me, propter vniti confortij ipsius. Dominus ergo noster Iesus Christus se fecit nobis lac, incarnatus, & apparens mortalis. Hinc panis; ipso lacte nuttiatur; antequam validi simus ad capiendum Verbum, non recedamus à fide lactis nostri. 3 Et dicitur est lac. Lac enim dat paruulis, vt cibum sapientia: maioribus. Lactare patienter, vt audè cibo pascaris. 4 Sed dicitur est mihi, Ille quidem cibus est, sed ego infans sum, & paruulus sum, vt idoneus fieri possim ad manducandum cibum: ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autem cibus est: ipse per carnem tibi traiectus est ad fauces. Quomodo ergo cibus mater comedit, vt per carnem traiciat ad infantem lactentem, sic cibus angelorum Dominus, Verbum caro factum est lac. Et dicit Apostolus, Lac vobis porum dedi,

Nota.

Math. 10.

Ser. 38. de
verb. Domini
in sine.
4 In Psal. 119.
in medio.

vide in Psal.
119. coh. 1. in
medio.
1. Cor. 3.

non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis. Ergo dando lac, descendit ad paruulos: & quia descendentem dedit. Ait enim, Nunquid dixi meam inter vos scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum? si diceret tantum, Iesum Christum (est enim Iesus Christus etiam secundum diuinitatem, secundum id quod erat Verbum apud Deum Filius Dei, Iesus Christus): hunc, id est, hoc nunc dictum paruuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt, quod capiunt? Iesum Christum, inquit, & hunc crucifixum: quod pro te factus est, & cresces ad id quod est.

CAP. XIII.

Soluitur questio; An aliter paruuli in fide, aliter per se de Christo Deo sint instruendi.

1. To 9. Tract. 9. in Ioan. in initio.

2. Cor. 3.

2. Cor. 1.

ESt autem questio, vtrum spiritales homines, qui per cibum pascentur, habeant aliquid in doctrina, quod carnalibus taceant, & spiritualibus dicant. Quia si dixerimus, habent, respondebitur nobis, Quid est ergo quod dicebat stolus, scribens ad Corinthios, Non potui vobis loqui de spiritualibus, sed quasi carnalibus? Quasi paruuli in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis nec adhuc quidem potestis; adhuc enim estis carnales? Si tamen dixerimus, habent: timendum, & cauendum est, ne hac occasione, in occultis nefaria doceantur, & spiritualium minuc, velut ea quae carnales capere non possunt, non solum excculatione dealbanda, verum etiam praedicatione laudanda videantur. Primum ergo scire debemus, quod ipse Christus crucifixus: quo velut lacte paruulos aluisse se dicit Apostolus. Ipsa vero caro eius, in qua facta est vera mors eius, & vera vita eius, sanguisque percussis, non eo modo à carnalibus quo ab spiritualibus cogitantur: & illis est lac, istis cibus: carnalis non audiunt amplius, intelligunt amplius. Non enim æqualiter mentem percipitur, etiam quod in fide pariter ab vtroque recipitur. Ita fit, vt praedicatus ab Apostolis Christus crucifixus, & Iudæis esset scandalum, & Gentibus stultitia, & vocatus Iudæis & Græcis, Dei virtus, & Dei sapientia: sed carnalibus paruulis id tantum credendo tenentibus, spiritualibus autem capacioribus id etiam intelligendo cernentibus. Illis tanquam lacteus potus, istis tanquam solidus cibus; non

aliter in populis, isti aliter in cubiculis cognouerunt: sed eodem modo vtrique, cum palam diceretur, audierunt pro suo modo quique capiebant. Cum enim Christus crucifixus sit, crucifixus, vt in remissionem peccatorum sanctorum funderet, qua eius vnigeniti passione diuina gratia commendatur, vt nemo in homine gloriaretur: quomodo intelligebant Christus crucifixum, qui adhuc dicebat, Ego sum crucifixus. Nunquid quo modo ipse Paulus, qui dicebat, Mihi autem gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi? De cruce quoque Christo crucifixo & ipse cibum pro sua capacitare accipiebat, & illos lacte pro eorum infirmitate nutrebat. Denique illi que scripta ad Corinthios, aliter vtrique ab ipsis paruulis à capacioribus posse intelligi sciens, ait, Si quis est spiritus, vos Propheta, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo vobis; si Domini est mandatum. Si quis autem ignorat, ignorabit: si solidam profectò voluit esse scientiam spiritualium, vbi non potest accommodari, sed certa cognitio teneretur: ac per illi ea ipsa credebant, quæ spiritales insuper agnoscebant. Ignorabit autem, ait, qui ignorat; quia nodum ei reuelatum non quod credit, sciat. Quod cum sit in hominis mente, ipse non potest cognoscere à Deo, quia Deus illum cognoscentem facit. Ignorabit primum cognito, quod ipsa, quæ simul audiuntur, spirituales atque carnales, pro suo quique modulo capiunt; illi paruuli, isti vt maiores illi vt lactis alimentum, isti vt cibi alimentum; nulla videret esse necessitas, vt aliqua secreta carnalibus taceantur & abscondantur fidelibus paruulis, scorum sed maioribus, hoc est, intelligentioribus: & hoc ideo factum videtur, quia dixit Apostolus, Non potui vobis loqui de spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ipsum enim, quod non iudicauit se scire in eis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quia id sicut spiritales capere non volebant. An ignorant enim homo, id est, qui secundum hominem sapit, (aniam dicitur ab anima, carnalis à carne: quia ex anima & carne constituitur totus homo) non percipit quæ sunt spiritus Dei, id est, gratia credentibus crux conferat Christi: & putat hoc illa gratia esse tantum modo, vt nobis vsque ad mortem pro exemplo certantibus imitandum præberetur exemplum. Nam si huiusmodi homines, qui nolunt esse nisi homines, sed ad modum Christi crucifixus, factus sit nobis sapientia à Deo,

1. Cor. 1.
Galat. 4.

1. Corint. 17.

1. Corint. 3.

1. Corint. 2.

1 Cor. 7. ad Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quem
 2 Cor. 10. dum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur
 1 Cor. 13. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cepha
 sed spiritualiter, Ego sum Christi.

CAP. XIII.

*Cibus perfectorum, non est contrarius lacti paruulorum
 quia & panis hominum, factus est Dominus angelorum*

v Ibidem.
 immediatè.
 Hebr. 5.

Verum illud adhuc quæstionem facit, quod in Epistola
 Hebræorum legitur, Cum iam deberetis tempore ipso
 doctores, iterum doctrina indigetis, quæ sint elemēta
 num Dei; & facti estis opus habentes lacte, non solido
 Omnis enim qui lactet, inexpertus est verborum iustitiæ
 fans est enim. Perfectorum est autem solidus cibus, eorum
 per habitum exercitatos habent sensus, ad separandum bonum
 a malo. Hic enim videmus tanquam definitum esse, quod
 perfectorum dicit solidum cibum; & hoc esse illud, quod
 Corinthios scriptū est, Sapientiam loquimur inter perfectos
 Quos autem perfectos voluerit hoc loco intelligi, subiicitur
 que ait, Quæ per habitum exercitatos habent sensus ad se-
 randum bonum a malo. 2. Quod autem in lactis commu-
 ratione posuit & doctrinam, ipsa est, quæ per symbolum tra-
 tur, & orationem Dominicam. Sed huic lacti abhi vt sit con-
 trarius cibus rerum spiritualium, firma intelligentia capien-
 Nam & in ipsis, quæ sumimus, alimentis, vsque adeo non
 lacti contrarius solidus cibus, vt ipse lactescat, quo possit
 aptus infantibus, ad quos per matris vel nutricis peruenit
 nem, sicut fecit etiam mater ipsa sapientia; quæ cum sit in-
 cellis angelorum cibus, dignata est quodammodo lactescere
 paruulis, cum Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.
 Sed ipse homo Christus, qui vera carne, vera cruce, vera ma-
 te, vera resurrectione sincerum lac dicitur paruulorum igne
 bene ab spiritualibus capitur, inuenitur Dominus Angelorum
 Proinde nec sic paruuli sunt lactandi, vt semper non inte-
 gant Deum Christum: nec sic ab lactandi, vt deserant hunc
 nem Christum. Quod alio modo id ipsum ita dici potest,
 sic lactandi sunt, vt creatorem nunquam intelligat Christum
 nec sic lactandi, vt mediatorum vnquam deserant Christum.
 In hoc quippe non conuenit huic rei similitudo materum

1 Cor. 2.

v Ibidem sup.

Ioan. 7.

te tibi; sed potius fundamētum: quia & puer, quando
 tur, vt ab alimentis infantie iam recedat, inter solidos
 non repetit vbera quæ sugebat. Christus autem cruci-
 & lac sugentibus, & cibus est proficientibus. Fundamētum
 ideo est aptior similitudo; quia vt perficiatur quod strui-
 tur adificiū, non subtrahitur fundamētum. Quæ cum
 ego quicumque estis, qui sine dubio multi estis, paruuli in
 po, proficite ad solidum cibum mentis, non ventris. Pro-
 ad separandum bonum a malo, & magis magisque inhæ-
 mediator, per quem liberamini a malo. 3. Talem quippe
 se præbuit hominibus, vt etiam panem de cælo nūserit, in medio.
 im suum æqualem, qui hoc est quod ipse, dederit homini-
 ficiendum, & pro hominibus occidendum: vt per hoc
 im es, gustes quod uobis es. Multum enim ad te erat gustare
 nem Dei, quia remota illa erat, & nimis alta: tu autem
 abiectus, & in imo iacens. In magna ista separatione
 est mediator. Non poteras ad Deum homo: Deus factus
 mo, vt, quoniam homo potes ad hominem, qui nō posses
 tem, per hominem venire ad Deum: & factus est media-
 tor & hominum, homo Christus Iesus. Sed si homo solum
 hoc sequendo quod es, nunquam peruenires. Si Deus so-
 llet, non comprehendendo quod non es, nunquam per-
 uires. Deus factus est homo, vt hominem sequendo, quod
 ad Deum peruenias, quod non poteras. Ipse est media-
 tor, sicut & saluus habet, factus est suauis Dominus. Quid
 in pane angelorum? Quomodo ergo non est suauis Do-
 quando panem angelorum manducauit homo? Non
 aliunde uiuit homo, & aliunde uiuit angelus. Ipsa est vir-
 ta est sapientia, ipsa est veritas Dei: sed quomodo perfruantur
 tur angelus, tu nō potes. Illi enim quomodo perfruantur
 uest, in principio erat Verbū, & Verbū erat apud Deum, Ioan. 1.
 us erat Verbum, per quod facta sunt omnia. Tu autem
 modo contingis? Quia Verbum caro factum est, & habi-
 tu nobis. Vt autem panem angelorum manducaret homo,
 angelorum factus est homo, 4. Ecce cibus sempiternus
 ne semper manducant angeli, manducant supernæ virtu-
 manducant cælestes spiritus: & manducant & saginantur,
 legum manet quod eos satiat & lætificat. Quis autem
 o possit ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo?
 ut ergo vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos perue-
 nit.

1 In Psal. 116.

Psalm. 77.

4 In Psal 119.
concione s. a. a
medio.

niret. Vnde autem fit cibus lac? Vnde cibus in lac conuer-
 nisi per carnem traiciatur? Nam mater hoc facit. Quod
 ducatur mater, hoc manducatur infans. Sed quia minus id
 est infans, qui pane vescitur, ipsum panem mater incarnat
 per humiditatem mamillæ & lactis succum, de ipso
 pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pascit nos
 entia Dei? Quia Verbum caro factum est, & habitauit in
 Vide ergo humilitatem: quia panem angelorum manducavit
 homo, ut scriptum est, Panem cæli dedit eis: panem angelorum
 manducauit homo, id est, Verbum illud, quo pasciturus
 semperiternum, quod est æquale patri, manducauit homo
 cùm in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus esse esse
 lem Deo. Saginatur ergo illo angeli. Sed semetipsum de-
 niuit, ut manducaret panem angelorum homo; formam
 accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitauit
 tus vt homo, humiliavit se, factus obediens vsque ad mor-
 tementem autem crucis: vt iam de cruce commendaretur
 caro & sanguis Domini, nouum sacrificium, & magnum
 cramentum, quod in prophetis & figuris ab antiquis
 ribus fuit occultatum, & iam ad salutem omnium gentium
 spensatum est.

CAP. XV.

*Christus & Ecclesia præsfigurati sunt in Adam,
 & eius vxore Eua.*

1 To 9 Tract. I
 9. in Ioan.
 in medio.

Gen. 12. & 16.

AD solum quendam populum Israel missus est
 ses, & ei soli populo per eum lex data est, &
 prophetæ ex illo populo fuerunt: & ipsa distributio
 porum secundum eundem populum distincta est. Scilicet
 men quod illa propheta etiam cæteris gentibus annun-
 batur, manifestum est: quandoquidem Christus in sic
 cultus erat, in quo benedicuntur omnes gentes, sicut
 missus est Abraham, dicente Domino; In semine tuo
 dicentur omnes gentes. Ergo omnibus gentibus dispen-
 batur propheta. Quod vt emineat iocundius, proferam
 quædam commemoremus. In ipso exordio, Adam & Eua
 rentes omnium gentium erant, non tantummodo Iudei
 & quicquid figurabatur in Adam de Christo, ad omnes
 gentes pertinebat, quibus salus erat in Christo. Illud

tantum mysterium de Christo continet, quod com-
 Apostolus dicens: Et erunt duo in carne vna; Sacra-
 in hoc magnum est? Et ne quis istam magnitudinem sa-
 crati in singulis quibusque hominibus vxores habenti-
 intelligeret: Ego autem, inquit, dico, in Christo & in
 Ecclesia. Quod est hoc sacramentum magnum, Erunt duo
operibus huius mundi, alij diligunt benefacere indigentibus,
alij negligunt; tanquam de duabus in molendino, vna assu
metur, & vna relinqueretur. Lectum autem positum arbitror pro
quiete: quia sunt, qui neque actiones mundi pati volunt, sicut

rogari homines, habentes domos, familias, filios: neque ali
in Ecclesia agunt, sicut præpositi, velut in agricultura
tratos: sed velut ad hæc infirmi, secedunt ad otium, & quieti
diligunt, veluti memores infirmitatis suæ, non se com
munes magnis actionibus, & quodammodo in strato infir
mitatis suæ rogantes Deum. Et hæc professio habet bonos, ha
sctos. Proinde etiam ex his vnus assumeretur, & vnus relin
quitur. Ad quamcunq; ergo professionem te conuerteris,
pateati fictos: alioquin si te non paraueris, inuenies quod
operaberis; & deficiet aut perturbaberis.

CAP. XVII.

*in congregatione & boni sunt & mali: si boni malos
corrige non possunt, tolerant necesse est.*

NON tamen dixi omnem hominem esse fictum; sed dico
Nomen professionem habere fictas personas: sunt Chri
stiani, sed sunt & boni. Quasi plures malos vides, quia
sunt, & te ad grana peruenire non permittunt. Sunt ibi
falsæ, accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium. Inuenis
falsas, indisciplinatas. Nunquid ideo sanctimonium
mendandum est? Multæ non stant in domibus suis, cir
cumstant domos alienas, curiosè agentes, loquentes quæ non
conueniunt, superbæ, linguaræ, ebrioscæ. Et si virgines sunt, quid
deest integra caro, mente corrupta? Melius est humile con
genium, quàm superba virginitas. Si enim nuberet, non habe
rent frenum, unde extolleretur: & haberet frenum quo regere
tur. Sed nunquid propter virgines malas, damnatur sumus &
falsas, & corpore, & spiritu? Aut propter istas laudabiles,
tam illas fictas & improbandas laudare cogemur? Vndique
assumeretur, & vnus relinqueretur: 2 quia, ut dixi, in omni
congregatione multitudinis, necesse est vt inueniantur mali &
falsi. Deus enim, qui nouit exercèdos nos, miscet nobis & non
seleuaturos; aut certè ita simulatos, vt nec inchoauerint, in
operoseuare debeant. Nouit enim necessarium esse nobis,
stramus malos, & proficiat quod boni sumus. Diligamus
amicos, corripiamus, castigemus, excommunicemus, cura
actione à nobis etiam separemus. Vide enim quid dicat
Apostolus: Si quis autè nõ obaudit verbo nostro, per epistolam
notate, & nolite committere cum eo. Sed nec subrepat
sibi

1 In Psal. 36.
cõc. 1. in init.

Math. 24.

1 In Psal. 99.
prope finem.

1. Cor. 3.

Nota.

Luc. 16.

Math. 24.

1 In Psal. 54.
ante medium.

1 Thess. 3.

tibi ex hoc iracundia, & turbet oculum tuum: Non, inquit inimicum cum exiliteris, sed corripite vt fratres, vt erubescat. A quo indixit separationem, non praecidit dilectionem. Quod enim patet de luxurioso filio facturus es? Non castigabis, verberabis? Seruum & ipsum tuum si in male viuentem videris, non poena aliqua, non verberibus refrabis? At hoc, fiat: ad mittit Deus; imo reprehendit, si non fiat; sed animo dilectionis fac, non vitiorum. Vbi autem potentiores aliquos inuitos passus fueris, vbi tibi nec corrigere disciplina licet, in fortiter etiam monere aut praecipere; tolera, securus tolera: aut Euangelium, quomodo in eo lectum est, Beati eritis cum vobis persecuti fuerint homines, & dixerint aduersum vos omnia mala, mentientes propter nomen meum. Et ibi addidit propter quid, ne merito tuo accipias maledicta, non causa iustificationis Dei. Non enim qui maledictus fuerit, iustus est; sed qui iustus est, & iniuste maledicitur: & si iniuste maledicitur praemium illi redditur. Propterea itaque securus extendit dilectionem vsque ad inimicos. Qui forte pertinent ad gubernationem tuam, vindica, coere cum dilectione, cum charitate attendens salutem aeternam, ne, cum parcis carni, anima pereat. Fac hoc, & multos passurus es, in quos non potes exercere disciplinam; quia non pertinent ad iura gubernationis tuae.

CAP. XVIII.

Qui videt se nihil prodesse alijs, vult auolare: & quia non potest, infirmus esurit: vult manducare, & non habet.

Conatur ergo aliquis pius, & rectus homo, plerumque corrigere homines distortos, prauos, pertinentes quidem vitam suam; sed in quibus deficit omnis humana industria & vigilantia: si corrigere & emendare non potest, pati necesse est. Et qui corrigi non potest, tuus est; aut consortio generis humani, aut plerumque ecclesiasticae communionis. Intus est quid facies? quo ibis? Quo te separabis, vt ista non patiaris? Sed adesto, loquere, exhortare, blandire, minare, corripe. Fecit inquis, omnia; quicquid virum habui, impendi, & expressi nihil me video profecisse: omnis opera insumpta est; dolorem remansit. Quomodo ergo requiescet cor meum a talibus, nisi vt dicam, Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo & requiescam? Columbae molestiis quaerit auolationem, sed non

admittit dilectionem. Columba enim pro signo dilectionis amittit, & in ea gemitus amatur. Nihil tam amicum gemiti- quam columba; diu nocturne gemit tanquam hic posita; gemendum est. Quid ergo dicit iste dilector? Conuitia amicum ferre non possum, strident, rabie feruntur, accendunt iracundia, in ira adumbrant me. Prodesse illis non possum: non requiescam alicubi ab eis separatus corpore, non amore me conturbetur ipsa dilectio. Verbis meis & colloquio prodesse non possum: orando pro eis forsitan prodero. Conuicta homines, sed plerumque ita ligantur, vt volare non possunt. Fortè enim non ligantur visco, sed ligantur officio. Si non ligantur cura & officio, & suos deserere non possunt, dicitur Apосто-lo, Optabam a dissolui, & esse cum Christo. Multo magis optimum: manere in carne, necessarium propter Columbae delicata, religata affectu, non cupiditate, volare poterat propter implendum officium, non propter parium officium. Dicit enim & alibi: Nunc viuimus, si vos statis in domino. Quicunque firmi & perfecti sunt ex Euangelio, & adant gratia Dei, non hic viuunt, nisi propter alios in gratia confirmandos. Nam vita eorum in saeculo eis iam non est necessaria. Sed quia dispensatio eorum alijs necessaria est, fit in quod ait idem Apóstolus; Concupiscentiam habens dissoluta esse cum Christo. Multo enim, inquit, magis optimum: manere autem in carne necessarium propter vos. Quamquam illud fidelium dispensatorum animos non solum conioletur, sed turbaret plurimum in laboribus abundantius perferendis, & sentiant ex illis alios proficere. Quando autem videt homo dispensatione sua, ex laboribus suis, ex praedicatione sua & inuicem communita, non proficere homines; quasi infirmatur egestate vita hominis illius. Verè miserabilis egestas & fatigatio: quandoquidem eos quos Domino lucratur, quodammodo manducat Ecclesia. Quid est madauca? In corpus suum madauca. Quicquid enim madaucamus, in corpus nostrum traiecit. Hoc agit Ecclesia per sanctos. Esurit, quos lucrari vult, & quos lucrata fuerit aliquo modo, manducat quodammodo: quos personam gerebat Petrus, quando ei de caelo submissus & dicitur, plenus omnibus, animalibus, quadrupedibus, reptilibus, & volatilibus; quibus generibus omnes gentes significatur. Praefigurabat Dominus Ecclesiam, quod ipsa omnes gentes erat transfiguratura, & in corpus suum conuersura; & ait

Petru,

In Psal. 102. in medio.

Matth. 5.

Philip. 4.

In Psal. 30. conc. t. ante medium, t. Thessa. 3.

Philip. 4.

In Psal. 54. ante inmedium.

Vide Ho. 41. Interquin. 6.

Act. 10.

Psal. 54.

Vide in Psal. 11. in medio.

Matth. 16.

Petro, *Maſta & manduca*. O Eccleſia, hoc eſt, Petre (qui per hanc petram, ait, ædificabo Eccleſiam meam) *maſta manduca*. Prius *maſta*, & ſic *manduca*. Occide quod ſunt fac quod eſt. *Quid eſt enim maſtare, & manducare?* Occide in eis, quod erant, & in ſua viſcera aſſumere. Diſſuſiſti Petragano ſacrilegia; occidiſti quod erat: dato ſacramento Chriſti incorporati Eccleſiæ, manducaſti.

1 In Pſal. 103. conc. 3. ante medium.

CAP. XIX.

Eccleſia eſuriens, vult multos manducare; & paucos inueniens quos manducet, rogat Deum vt cauſam ſuam diiudicet.

1 In Pſal. 103. In medio.

Quomodo ergo Petrus, id eſt, Eccleſia maſtat & manducat, niſi quia in Eccleſiæ corpus nemo intrat, niſi prius occiſus? Moritur quod fuit, vt fit quod non fuit. Alioquin non occiditur, & non manducatur ab Eccleſia, eſſe in numero populi poteſt, qui videtur oculis humanis; in numero autem populi qui cogniti Deo eſt, de quo dicit Apoſtolus, Non Dominus qui ſunt, eius; non poteſt eſſe, niſi manducatus. Vnitaliquis Paganus, *Mabumeranus vel Indus*: adhuc in illi idololatria viuunt; inferendus eſt membris Chriſti. Vt inferatur neceſſe eſt manducatur: ſed non poteſt manducari ab Eccleſia niſi primò maſtetur. Renunciet ſæculo, tunc maſtatur. Credit in Deum, tunc manducatur. *Hoc modo* omnes credentes maſtat & manducat Petrus: quia Petrus petra, petra Eccleſia.

2 Tim. 2.

2 In Pſal. 103. 66. 1. in iuit.

Nōne de Petro ſcriptum eſt, antequam illi diceret Deus, Maſta & manduca; quod, cum eſuriret, voluit guſtare? Et ille eſuruit & eſurit Eccleſia, eſurit corpus Chriſti, homo ille vbiq; diſſuſus, cuius caput ſurſum eſt, membra deorſum. Sed quomodo ſunt, qui modo maſtantur, qui manducantur? Pauciſſimi inueniunt omnes, qui proficiunt, & qui cæleſti illi ciuitati in gemiſcunt, qui peregrinationem ſuam norunt, qui viam tenent, qui in deſiderio terræ illius ſtabiliſſimæ ſpem tanquam ancoram præfixerunt: quia hoc genus hominum, quod alioſtudet in Eccleſia manducare, hoc eſt, corrigere, ſine conuerſione, & lucrari; hoc ſemen bonum, hoc frumentum Chriſti inter zania propterea plurimum gemit: & hoc donec veniat tempus meſſis, id eſt, vſque in finem ſæculi. Quare gemit? Quia eſurit, quia rariſſimos inuenit quos ſæculo maſtat, quos Deo manducet.

3 In Pſal. 41. In iuitio.

gemens ergo hoc genus hominum, tanquam frumentum in inter zania; id eſt, inter malos homines, inter dolofos & ſeductores, aut ira turbulentoſ, aut inſidiis venenatoſ, circumſpiciens cum illis eſſe ſe tanquã in vno agro per totum mūdum, tanquam pluuiam extipere, pariter perſari; pariterque ſecum ad vitam nutrire, habere ſimul iſta communia dona Dei malis bonisque cōceſſa cōmuniter ab illo qui facit ſolem ſuum oriri per malos & bonoſ, & pluit ſuper iuſtoſ & iniuſtoſ: videns quoque quanta cum malis, à quibus quandoque ſeparandum eſt, nunc habeat communia; æqualiter naſci, eandem conditionem generis humani forſi, pariter mortalia ferre corpora, mul vt luce, fontibz, fructibz, proſperitatibz atque aduſitatibz ſæculi, ſive fame, ſive abundantia; ſive pace, ſive bello, ſive ſalute; ſive peſte: vidēs, inquam, quanta habeat communia cum malis, cum quibus tamen non habet cauſam cōmunionem: merito erumpat in hanc *Pſalmiſta* vocem: Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente nō ſancta. *Tanquam dicit*: Non timebo iudicium tuum, quia noui miſericordiam tuam. Nunc interim in hac peregrinatione nondum diſceris locum meum; quia ſimul cum peccatoribus ſum, cum tantis viuo vſque ad tempus meſſis. Nondum diſceris plurimum meam, nondum diſceris lucem meam: diſcerne cauſam meam: Diſter inter eum qui in te credit, & eum qui in te non credit. Par vtriuſque infirmitas eſt, ſed diſpar conſcientia: par dolor, ſed diſpar deſiderium. Deſiderium impiorum peribit: de deſiderio autem noſtro niſi certus eſſet pollicitor, dubitare deberemus. Finis deſiderij noſtri, ipſe proxiſtor. Scipſum dabit, quia ſeipſum dedit. Scipſum dabit immortalibus immortalem, quia ſeipſum dedit mortalibus mortalem. *Quando immortalẽ dabit? Cum vltimum iudicium venerit. Epiſteſpluribus deſiderium corporis ſui, dicentis & obſecrantis, Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta.*

Matth. 2.

Pſal. 41.

CAP. XX.

Quod duo ſunt iudicia Dei: alterum occultum, alterum manifeſtum.

Duo autem iudicia inſinuantur per ſcripturas, ſiquis aduertat: vnum occultum, alterum manifeſtum. Occultum agitur, de quo Apoſtolus Petrus dicit, Tempus eſt, vt per-

1 In Pſal. 119. in iuitio.

1. Pet. 4.

vt iudicium incipiat à domo Domini. Occultum itaque iudicium est pœna, qua nunc vnusquisque hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionem: aut contemperit uocationem & disciplinam Dei, excœtatur à damnatione. Iudicium autem manifestum est, quo uenturus est Dominus iudicare uiuos & mortuos, omnibus fatentibus eum esse, à quo & bonis præmia, & malis supplicia tribuentur. Sed tunc illa confessio, non ad remedium malorum, sed ad euersionem mulum damnationis ualebit. De his duobus iudiciis, vno occulto, alio manifesto, videtur mihi Dominus dixisse, vbi ait: **Qui in me credit, transiet de morte ad vitam; nec in iudicium ueniet: in me credit, scilicet manifestum.** Nam hoc, quod transiit de morte ad vitam per nonnullam afflictionem, qua flagellatus est, non contemnentibus. **Qui dulcedinem sapientiæ & iustitias utcumque sentire cœperunt, nouerunt quod dico: quia pœna est tantummodo à facie Dei separari.** **Qui autem non dulcedinem non gustauerunt, si nondum desiderant Dei faciem; timeant vel ignem: supplicia terreant, quem præmia non uoluerunt.** Vile tibi est quod Deus pollicetur: contemnitur ad minatur. Veniet dulcedo præsentiaris: non mutaris, non mutaris, non suspiras, non desideras. Aplexaris peccata tua, delicias carnis tuæ, stipulas ad te congeris: ueniet ignis. Ignis in conspectu eius exardebit. Non erit iste ignis, sicut focus in conspectu eius manum mitto in focum tuum: facies, ne ardeat manus tua; ne ardeat ad tempus membrum tuum, non semper in tempore futurum. Minatur ergo inimicus tam leue malum, facis malum: minatur Deus æternum malum, & non facis malum: Ad malum faciendum nec minatur te compellere debent: à bono faciendo nec minatur te terrere debent. Minis in Dei, minis æterni ignis prohiberis à malo; inuitaris ad bonum. Vade piger, nisi quia non credis?

haec omnia occultus Deus pati uoluit. Veniet autem manifestus, & non silebit: & ignis ante eum præbit. Timeamus proinde, & modo mutemur, & tunc non timebimus. Ignem timeat: auro quid facit? Est autem nunc in tua potestate: si facias: ne illud, quod & te nolente uenturum est, non coram experiaris. Si enim possemus facere, ut dies iudicij non ueniret: puto quia nec sic erat malè uiuendum. Si non ueniret dies iudicij, & sola peccatoribus immineret separatio à facie Dei: in qualibet essent affluentia deliciarum, non uidentes quod creati sunt, & separati ab illa dulcedine ineffabilis uultus Dei: in qualibet æternitate & impunitate peccati, plangere se non uentent. Sed quid loquar, aut quibus loquar? Hæc amantibus facienda est, non contemnentibus. **Qui dulcedinem sapientiæ & iustitias utcumque sentire cœperunt, nouerunt quod dico: quia pœna est tantummodo à facie Dei separari.** **Qui autem non dulcedinem non gustauerunt, si nondum desiderant Dei faciem; timeant vel ignem: supplicia terreant, quem præmia non uoluerunt.** Vile tibi est quod Deus pollicetur: contemnitur ad minatur. Veniet dulcedo præsentiaris: non mutaris, non mutaris, non suspiras, non desideras. Aplexaris peccata tua, delicias carnis tuæ, stipulas ad te congeris: ueniet ignis. Ignis in conspectu eius exardebit. Non erit iste ignis, sicut focus in conspectu eius manum mitto in focum tuum: facies, ne ardeat manus tua; ne ardeat ad tempus membrum tuum, non semper in tempore futurum. Minatur ergo inimicus tam leue malum, facis malum: minatur Deus æternum malum, & non facis malum: Ad malum faciendum nec minatur te compellere debent: à bono faciendo nec minatur te terrere debent. Minis in Dei, minis æterni ignis prohiberis à malo; inuitaris ad bonum. Vade piger, nisi quia non credis?

CAP. XXI.

Iudicium futurum, in quo vnusquisque reddetur secundum opera sua, est pertimescendum.

Exeat ergo vnusquisque, qui in corpore Christi est, cor in se habet immolatum; & videat quid ibi fides teneat. Si credimus futurum iudicium, bene uiuamus. Tempus misericordiæ nunc est:

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Sapient. 12.

3 In Psal. 40
post princip.

438 DE CHRISTO ET ECCLESIA
 tempus iudicij tunc erit. Nemo sibi ad impunitatem
 dicitur de misericordia Dei. Homines enim quando iudicantur
 aliquando victi misericordia, faciunt contra iustitiam, & videtur
 in eis esse misericordia, & non esse iudicium. Aliquando
 vero rigidius tenentur, perdunt misericordiam, & iudicantur
 Deus autem nec in bonitate misericordiz perdit iudicij severitatem;
 nec in iudicando eam seueritatem, amittit misericordiam
 bonitatem. Si ergo per tempora distinguamus hæc duo, for
 inuenimus modò tempus esse misericordiz; futurum autem
 tempus iudicij. Quomodo est primò tempus misericordiz?
 Primò in Deo cõsidera, vt & tu, quantum ipse tibi donauerit
 in ieris patrem. Neque enim arroganter dicimus, patrem nos
 strum nos debere imitari, quandoquidem Dominus ipse, vn
 cus Dei filius, ad hoc nos hortatur dicens, Estote sicut pater vester
 celestis: & cum dixerit, Dilecti in iniucos vestros, orate pro illis
 qui vos persecuntur; vt & is, inquit, filij patris vestri, qui in
 cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, &
 pluit super iustos & iniustos. Ecce misericordia. Quando videtur
 deus iustos & iniucos eundem solem intueri, eandem lucem
 capere, eosdem fontes bibere, eadem pluuia saginari, iidem
 fructibus terræ repleri, similitur aërem illum ducere, habere
 æqualiter bona mundi; nolì putare inuisum esse Deum, quò
 dat ista æqualiter iustis & iniustis. Misericordia tempus esse
 nondum iudicij. Nisi enim primò Deus per misericordiam
 parceret, non inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo
 misericordiz tempus, quando patientia Dei ad pœnitentiam
 adducit peccantes. Audi Apostolum dicentem vtrumque tem
 pus; & distingue & tu. Existimas autem, inquit, ò homo, qui
 iudicas eos, qui faciunt ea, & eadem agis; quoniam tu effugis
 iudicium Dei? Sed qui hoc dicit? Non enim vni homin
 dicit, sed generi humano. Talia dicebat se committere multa
 mala quotidie, & tamen viuere, nihil mali sibi contingere; &
 putabat aut dormire Deum; aut res humanas non attendere;
 aut amare facta hominum mala. Tollit istam cogitationem de
 corde, sed bene intelligentibus. Quid ergo ait? Existimas
 ò homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea; quoniam tu
 effugas iudicium Dei? Et quæsi diceret, Quare facio tanta
 mala quotidie, & nihil mali mihi contigit? secutus ostendit
 illi tempus misericordiz. An diuitias benignitatis, & patienti
 & longanimitatis eius cõtemnis? Et verè quia hoc cõtemnebat

Et Math. 5.

Rom. 8.

sed

secit illum sollicitus. Ignoras, inquit, quoniam benignitas
 ad pœnitentiam te adducit? Ecce tempus misericordiz.
 scirem hoc ille semper putare futurum, quomodo secu
 rum terruit? Tu autem, inquit, secundum duritiam cordis
 cor impœnitens, theaurizas tibi iram in die iræ & reue
 nis iusti iudicij Dei, qui reddit vnicique secundum ope
 ra. Nunquid ideo iudicium Dei tantummodo formidan
 est, & non amandum? Formidandum malis propter pœ
 niam, amandum bonis propter coronam. Quia ergo terruit
 os Apostoli in hoc testimonio quod commemorauit; audi
 ipse dat bonis de iudicio. Se ipsum ponit & dicit, & ostē
 dunt ipse in se tempus misericordiz; quia nisi & ipse inueni
 tempus misericordiz, qualem illum inueniret in iudicio?
 Iphemum persecutorem, iniuriosum. Sic enim dicit, &
 amandam tempus misericordiz, in quo modò fuit: Qui
 fui, inquit, blasphemus, & persecutor, & iniuriosus; sed
 misericordiam consecutus sum. Sed fortè ipse solus consecutus
 misericordiam. Audi quomodo nos erigat, Vt in me, inquit,
 ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, ad infor
 mationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam,
 quid est, Vt in me ostenderet omnem longanimitatem? Vt
 quisque peccator aut sceleratus videret quia Paulus
 cepit veniam; & non de se desperaret. Ecce ostendit se;
 & alios. Vbi? In tempore misericordiz. Audi in tem
 pore iudicij quid dicat de bonis. Iterum dicens de se, & de
 aliis, primò misericordiam consecutus est. Quare? Quia fuit
 blasphemus, & persecutor, & iniuriosus. Venit Dominus vt
 parceret Paulo, non vt redderet. Nam si reddere vellet, quid
 ostendit quod redderet peccatori, nisi pœnã & supplicium?
 soluit reddere pœnam, sed donauit gratiam. Audi quia ille
 nonauit, tenet Dominum etiam debitorem. Inuenit eum
 autorem tempore misericordiz, tenet debitorem tempore
 iudicij. Quomodo hoc dicit, vide. Ego enim iam immolor, &
 tempus resolutionis meæ proximum est. Bonum cer
 ten certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. Hoc tem
 pus misericordiz. Audi de iudicio. De cætero superest mihi
 bona iustitiz, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus
 dicit. Non dixit, donabit, sed, reddet. Quando donabat, mi
 serors erat: quando reddet, iudex erit. Sed donandò delicta,
 reddendò coronam; tibi misericordiam consecutus sum.

Nota.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

Misericors ergo Dominus primò; hic autem reddet misericordiam iustitiae. Vnde reddet? Quia iustus iudex est. Quia iustus iudex: Quia bonum certamen certauit, cursum conuenit, fidem seruaui. Ideo iustus non potest nisi coronari. Inuenit enim ista, quae coronaret. Antea verò quid inuenerat? Qui prius sui blasphemus, & persecutor. Ista donauit, illa coronauit. Donauit haec tempore misericordiae; coronauit illa tempore iudicij. Sed nunquid solus Paulus hoc meruit? Hoc enim dixeram, quomodo in illo testimonio terruit; sic in isto exerxit, cum dixisset, Reddet mihi in illo die iustus iudex; Non solum mihi, inquit, sed & omnibus qui diligunt manifestationem & regnum eius. Ergo quoniam habemus tempus misericordiae, non nobis blandiamur, non nos dimittamus, non dicamus, Semper parcat Deus. Ecce feci heri, & pepercit Deus facio & hodie; & parcat Deus: faciam & cras; quia parcat Deus. Attendis ad misericordiam; & non times iudicium? Aut quomodo praedicatur ut timeatur, non est venturus ut iudicet. Venturus est, venturus est, inquam: timeamus illum, & sic viuamus, ut ad dexteram illius inueniamur. Venturus est enim ut altos ponat ad sinistram, alios ad dexteram. Etenim non illud faciet ipse quomodocumque, ut erret fortè in hominibus, ut qui ad dexteram ponendus est, ad sinistram ponatur, aut qui ad sinistram debet stare, errante Deo ad dexteram ponatur. Non enim potest errare, ut ibi ponat malum, ubi ponere debet bonum: nec ibi ponet bonum, ubi debet ponere malum. Si errare non potest, nos erramus, si non times: si autem timeuerimus modò, quod tunc timeamus, non habebimus.

CAP. XIII.

In eo quod Deus nunc misericors est, & post iustum erit iudicio; debet homo iustus ipsum imitari.

1 In Psal. 32.
Ecc. 1. in fine.

Misericordiae itaque tempus modò est, iudicij tempus post erit. Vnde est misericordiae tempus? Vocat modò auctoris Deus, donat peccata conuersis. Patiens est super peccatores, donec conuertantur. Quandoque conuersi fuerint; praeterita obliuiscitur, futura promittit. Hortatur pigros consolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes, neminem deserit laborantem & exclamantem ad se: donat vnde sit sacrificetur, ipse tribuit vnde placetur. Magnum misericordiae tempus

non nos transeat. Venturus est iudicium. Erit & Sap. 1. pernitentia, sed iam infructuosa. Dicent intra se poenitentia agentes, & praerangustia spiritus gementes. Certè ista non sunt in libro Sapientiae: Quid nobis profuit superbia, obliuiscuntur iactantia quid consulit nobis? Transierunt omnino iniqua vmbra. Modò dicamus, Transierunt omnia tantum vmbra. Modò fructuose dicamus, Transierunt; ne tunc dicamus infructuose, Omnia transierunt. Hoc est ergo tempus misericordiae, erit & iudicij. Ne putes autem quia ista à se sunt in Deo aliquo separari modo. Videntur enim sibi aliquid contraria, ut qui misericors est, non seruet iudicium: iudicij tenax est, obliuiscatur misericordiam. Omnipotens est Deus, nec in misericordia amittit iudicium, nec in iudicio misericordiam. Miferetur enim, considerat imaginem suam, fragilitatem nostram, errorem nostrum, cæcitate nostram, & vocat: & conuersis ad se donat peccata, non conuersos non donat. Misericors est, & iustus. Nunquid autem iudicium amittit, aut non debuit iudicare inter conuersos & non conuersos? An tibi iustum videtur, ut conuersos & non conuersos aequaliter habeantur, ut eo modo suscipiatur conuersus inueniens, humilis & superbus? Ergo habet & iudicium in misericordia. Rursus in illo iudicio habet misericordiam, quos vti que quibus dicitur est, Esuriui & dedistis mihi manducare. Etenim dicitur in quadam epistola Canonica, Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsorum miseribimus. Ergo in illo iudicio erit & misericordia, sed non sine iudicio. Si enim non in quemlibet, sed in eum erit misericordia, qui praerogauit misericordiam: & ipsa misericordia iusta est, quia consula non erit. Misericordia est certè ut dimittantur peccata; misericordia est, ut tribuatur vita aeterna. Vide ibi dilectum, Dimitte & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. Si non dedit recessisset ad iudicio, non diceret, In qua mensura mensuratis, in ea remetietur vobis. Audistis quem ad modum exhibuit Deus misericordiam & iudicium. An fortè ad Deum pertinuit; ad hominem non pertinuit? Si ad hominem non pertinuerit, non diceret Dominus Pharisaeis, Relinquitis gratiam legis, misericordiam & iudicium. Ergo pertinent ad te homo, misericordia & iudicium. Ne putes quòd ad te misericordia

Math. 5.
Iacobi 2.

Math. 5.

Math. 6.

Math. 25.

ricordia pertinet, iudicium autem non ad te pertinet. Quando audis causam inter duos, quorum duorum vnus est uerus & alius pauper: & contingit, ut pauper habeat causam malam, diues autem bonam. Iam si tu non es eruditus in regno Dei, uideris tibi bene facere, si quasi pauperem miseratus abscondas & contegas iniquitatem illius, & uelis eum iustificare, & quasi causam bonam habere uideatur. Et si reprehensus fueris, quòd male iudicasti, quasi de misericordia responderis Noui, & ego scio: sed pauper erat, misericordia ei debebatur. Quomodo tenuisti misericordiam, & perdidisti iudicium? Et quomodo, inquis, si tenerem iudicium, non amitterem misericordiam? Pronunciare aduersus pauperem, qui, unde redderet, non haberet: Aut si haberet, cum reddidisset, unde postea uiueret, non inueniret? At tibi Deus, Ne accipias personam pauperis in iudicio. Ceterum facile est, ut admoneam personam diuitis non accipere. Hoc omnis homo uidet, atque uult placere Deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, & dicat, Fauis pauperi. Imò teneres utrumque, & misericordiam & iudicium. Primò, qualem misericordiã fecisti in eum, cuius iniquitati fauisti: Ecce, sacculo pepercisti, cor percussisti; pauper iste iniquus remansit, & tanto iniquior, quanto te quasi hominem iustum suere uidet iniquitati suæ. A te remansit iniuste adiutus; à Deo recessit iuste damnandus. Qualem misericordiam præbuit ei, quem iniustum fecisti? Ecce crudelior inuenieris, quàm misericordior. Quid ergo, inquis, facerem? Iudicare primò secundum causam: argueres pauperem, flecteres diuitem. Alius est iudicandi, alius petendi locus. Quando re ille diues uideret tenuisse iustitiam, non erexit illi iniqui pauperis ceruicem, sed pro merito peccati sui obiturgasse te iuste: nõnne flecteretur ille potius ad misericordiam petenti, qui lætus redditus erat, te iudicante? *Nõnne exultaret, si probaueris & iustitiã diligere, & odisse iniquitatem?* Omnis enim, qui rectè arguit peccatorem, quid aliud, quàm non uult eum esse peccatorem, sed iustum? Odit ergo in illo, quod & Deus odit; ut perimatur quod homo fecit, & liberetur quod Deus fecit. Peccatorem quippe homo fecit: ipsum autem hominem Deus. Et duo ista nomina, cum dicimus, homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator, corripit: & qui homo est, miserere. Nec omnino liberabis hominem, nisi eum

3 In Epist. ad Galat. 4. cap. Hinc locum citat Beda.

Leuit. 19.

corruptus fueris peccatorem. Huius officio omnis inuigilat diuina, sicut cuique regenti apta & accommodata est: non solum Episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti suam suam; diuiti regenti familiam suam; marito regenti uirgum suam; patri regenti prolem suam; iudici regenti provinciam suam; regi regenti gentem suam. Omnes hi, cum boni erit, quos regunt, bene utique uolunt: & secundum iustitiam ab inueterlorum Domino potestatem, qui etiam regentes regit, dant operam, ut iidem ipsi quos regunt, & continentur homines, & pereant peccatores. Ita implent, quod scriptum est, Da misericordiam, & ne suscipias peccatores: ne enim illo saluum, quod peccator est, uelint: Et impiis & peccatoribus redde uindictam; ut hoc ipsum quod impij & peccatores sunt, deleatur in eis. Ita nulli claudenda est misericordia nulli peccato impunita relaxanda.

CAP. XXIII.

Quomodo nunc exhibeat nobis misericordiam suam, antequam iudicium ueniat.

Quam misericordiam uero nos omnes expectamus uenturam à Domino, nisi ut peccata nostra in isto saeculo dimittantur? Cum ergo ea sit magna misericordia Domini, reuoluit peccatorem, & nemo nostrum in accipiendo dormiat, sed reddendum malum Deus excitetur. Accipite misericordiam, sic ad nos clamatur Deus, tanquam si tempore famis diceret, Accipite frumentum. Quod cum audires tempore famis, profecto ipso stimulo necessitatis concitus curretes, uertente huc atque illuc, quaerens unde acciperes, quod dictum est, Accipe. Et cum inuenires, quando te teneres? quam momentum interponeres? Sic & nunc dictum est, Accipe misericordiam. Cum acceperis, bene utere; ut bonam rationem reddas, cum iudicium uenerit: eius qui tibi modò prærogat in ista saecula misericordiam. Venturus est enim Dominus & inuenietur peccata tua: quod autem perfecta iustitia uixisti, non est inuenietur; sed homicidia fortè. Grauias sunt enim & ualde uolentia. Non est inuenietur adulterium? Non est inuenietur fornicatio? Non est inuenietur rapina? Non est inuenietur mendacitas? Non est inuenietur idololatriam? Non est ista inuenietur. Nihil est ergo inuenietur? Audi sermonem Euangelij, qui dicitur fratri suo, farise. Ab istis etiam peccatis lingua mit-

3 In Psal. 32. conc. 1. ante in medium.

3 Ibidem sup.

3 In Psal. 32. in medio.

Math. 9.

nuissimam quis abstinet? Sed forte dicis, Parua sunt. Reuse inquit, gehenna ignis. Si paruum tibi videtur aut modicum fratri dicere, Fatue: vel gehenna ignis videatur tibi magna. contemnebas minus peccatum, vel poenae magnitudine deterrere. Sed dicis, Minora sunt, minuta sunt, sine quibus non potest esse ista vita. Congere minuta, & faciunt ingentem accuum. Nam & grana minuta sunt, & tamen mailam faciunt: guttae minutae sunt, & flumina implent, & moles trahunt. Ideo & ille, *qui in Psalmo loquitur*, consideras quomodo multa minuta peccata quotidiana committat homo, si nihil aliud, vel percontationes & linguam, attendit quam multa sunt: & si attendit quam minuta sunt, videt per multa minuta fieri acerrum magnum; & non quasi peccata sua pristina cogitans, sed ipsam fragilitatem humanam, iam ascendens clamat, De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae. Si iniquitates observaueris Domine, Domine quis sustinebit? Vitare possum homicidia, adulteria, rapinas, periuria, maleficia, idololatriam. Nunquid & peccata lingua? Nunquid & peccata cordis? Scriptum est, Peccatum iniquitas est. Quis ergo sustinebit, si tu iniquitates observaueris? Si nobiscum fueris iudex agere volueris, non misericors pater; quis stabit in iudicio ante oculos tuos? Sed est apud te propitiatio: propter legem tuam sustinuit te Domine. *Quae & qualis lex est ista?* Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. *Qui portant inuicem onera sua?* Qui fideliter dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debita nostra deleta sunt; sed merces nostra adhuc futura est. Accepimus veniam, sed aeternam vitam nondum tenemus. Sed qui dedit veniam, ipse promissit vitam aeternam. Si verbum nostrum esset, deberemus timere: quia verbum Dei est, non fallit. Securi ergo speramus in eius verbo, qui fallere non potest. Sed *quid forte ideo magis debemus timere*, quia difficile purgata vita auenit, cum ille iudicat, qui nouit ad purum & liquidum iudicare? Quia etsi probabilis iam vita est inter homines, ita vero homines, quod iam reprehendant iuste, non habeant: procedit examen ab illius oculis, procedit regula ex qua non fallaciter; & inuenit in homine quaedam, quae reprehendat Deus; quae homines reprehendenda non videbant; nec ille ipse iustus, qui iudicandus est.

Vide libell. nostrum, De flagel. Dei ca. 7. ubi haec latius explicatur.

Psalm. 139.

1 Ioan. 3.

Gal. 6.

Matth. 6.

4 In Psal. 49. in fine.

Iustitia nostra fides est, quae per dilectionem bene operatur & per rectam intentionem.

Ubi tamen nemo dicat, Quis ergo iustus? Noli te abiacere, & desperare de te. Homo es, ad imaginem Dei factus: qui te hominem fecit, pro te & homo factus est: ut tibi filij ad haereditatem sempiternam adoptarentur, sanguinis effusus est. Si tu tibi terrena fragilitate viluisti, ex precio te appende, quid manduces, quid bibas, quo subscribaris, quid digna cogita. Nunquid hoc te monemus, ut superbus tibi perfectionem aliquam adideas arrogare? Sed non ite ab omni iustitia te putare debes exulem fieri. Nolo enim interrogare de iustitia tua (fortassis enim nemo mihi audeat respondere, iustus sum) sed interrogo te de fide tua. Sicut melis sum. Nondum quare quid viuas, sed quare quid credas, disponisurus es, credere te in Christum. Non audisti Apostolum, iustus ex fide uiuit? Fides tua, iustitia tua. Unde enim Scriptura iustificatum Abraham? Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ergo ex fide iustus est Abraham. Iam qui audit, non ex operibus, sed ex fide; & deiecit illam voragine. Video quia ex fide, non ex operibus iustificatus est Abraham; faciam ergo quicquid volo, quia bona opera non habuero, & tantum credidero in Deum, & reputabitur mihi ad iustitiam. Si dixit, & decreuit lapsus, deus est: si adhuc cogitat, & fluctuat, periclitatur. Scripturam Dei, verumque eius intellectus non solum periclitantem in periculo liberat, sed & demeritum à profundo eleuat. Respondeo ergo tanquam contra Apostolum, & dico de ipso Abraham, quod inuenimus etiam in epistola alterius Apostoli, qui volebat corrigere homines, qui male intellexerant istum Apostolum. Nobis enim in epistola sua contra eos qui nolebant bene operari, de sola fide praesumentes, ipse Abraham opera commendauit, cuius Paulus fidem. Et non sunt sibi aduersi Apostoli. Dicit autem Abraham opus omnibus notum. Abraham opus suum immolatum Deo obtulit. Magnum opus, sed in fide. Laudo superedificationem operis; sed video fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis: sed in fide agnosco saluamentum. Si enim hoc praeter fidem rectam faceret Abraham, nihil

In Psal. 32. conc. 1. ante medium.

Loquitur de Sacramento altaris.

Rom. 1. 3 In Psal. 57. in medio praefationis. Genes. 15. Galat. 3. Nota.

Iacobus.

Genes. 22.

nihil illi prodesset, qualecumque illud opus esset. Rursus sic tenet fidem Abraham, vt cum ei Deus imperaret offit sibi immolandum filiū suum, diceret apud semetipsum, Nō facio; & tamen credo, quia me etiam contemnentem iussa sunt liberat Deus; fides sine operibus mortua esset, & tanquam dixit sine fructu, sterilis atque arida remaneret. Quid ergo debemus nulla opera præponere fidei, id est, vt ante fidē quam dicatur bene operatus. Ea enim ipsa opera, quæ dicuntur ante fidē, quamuis videantur hominibus laudabilia; inania sunt. Ita mihi videntur esse, vt magnæ vires, & eorū celeritate præter viam. Nemo ergo computet bona opera suauiter fidē. Vbi fides non erat, bonum opus non erit. Bonum enim opus iuentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendit quid homo faciat, sed quid, cum facit, aspiciat; quod laetitiam optimæ gubernationis dirigit. Fac enim hominem optimè gubernare nauem, & perdidisse quō tendit; quid valet quia autem nauem optimè tenet, optimè mouet, dat proram fluctibus cauet ne latera insiliantur, tantis est viribus vt detorqueat nauem quō velit, atque vnde velit: & dicatur ei, Vsq̄uequibis istud dicat, Nescio, aut nō dicat, Nescio, sed dicat, Ad illum portum eo, nec ducat in portum, sed in saxa festinet? Nōne iste, quanto sibi videtur in nau gubernanda agilior & efficacior, tanto periculosius eam se gubernat, vt ad naufragium properando perducatur? Talis est & qui optimè currit, præter viam. Nōne ergo erat melius & tolerabilius, vt esset gubernator ille aliquid quanto inualidior, vt cum labore, & aliqua difficultate gubernacula regeret; & tamen rectum debitumque cursum teneret, rursusque ille pigrius etiam & imbecillius, tamen viam ambularet, quam præter viam fortiter curreret? Optimus ergo ille qui & viam tenet, & bene ibi ambulat: sequentis autem spei, qui, etsi aliquantulum claudicat, non omnino errat, aut remanet, sed progreditur, etsi paulatim. Fortasse enim bene sperandum est, eum, quō tendit, etiam cardius peruenturum.

CAP. XXXV.

In bonis operibus quem finem nobis cōstituitur, spectandum est; & non in nobis gloriantium.

PROinde magni interest, cum aliquid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus. Officium quippe nostrum non initio, sed fine est pensandum: vt scilicet non tantum

est quod facimus, sed præcipue si bonum est propter ad facimus, cogitemus. Hos oculos, quibus contemplantur faciamus quod facimus, auerti possit Psalmista, ne vanitatem, id est, ne hanc attendat, propter quam faciat, nisi boni aliquid facit. In qua vanitate præcipuum locum tenet amor laudis humanæ, propter quam multa magna fecerunt, qui magni in hoc sæculo nominati sunt, multumque operati in ciuitatibus gentium, quæ tenent non apud Deum, sed ad homines gloriam: & propter hanc velut prudenter, fortiter, tempestant, iustique viuaces, ad quam peruenientes, præter mercedem suam vani vanam. Ab hac vanitate vocat Dominus a uertere oculos suorum, Attendite, inquit, ne Matih. 6. iudicium vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab hominibus mercedem non habebitis apud patrem vestrum in cælis est. Deinde cum ipse iustitiam quædam partes sequeretur, præcipiens de elemosynis, de orationibus, de ieiuniis; vbique id admonuit, ne aliquid eorum propter gloriam hominum fiat; & vbique dicit eos qui propterea faciunt, præcipue mercedem suam, id est, non æternam, quæ sanctis promissa est apud patrem; sed temporalem, quam quæerunt, qui contemplantur in suis operibus vanitatem. Non quia ipsa laus humana culpanda sit (nam quid tam optandum est hominibus, quam vt eis placeant, quæ debeant imitari) sed propter fam laudem bene operari, hoc est, vanitatem in suis operibus aueri. Quandoquidē & ipsa ab hominibus laus homini iusto tantacumque prouenerit, non ibi esse debet eius finis boni, etiam ipsa referenda est ad laudem Dei, propter quæ bona fiunt vere boni: quoniam nec a seipsis, sed ab illo sunt boni. Quæque in eodem sermone Dominus iam dixerat eis, Luceat Math. 9. operum vestrum coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est: ubi finem operum, hoc est, in gloria Dei. Hoc debemus, quando aliquid boni facimus, intueri, si auertantur a vanitate oculi nostri. Non ergo sit finis nostri boni operis in laudibus hominum, sed ipsas laudes hominum corrigamus, & ad Dei laudes omnia referamus, à quo nobis datur, quicquid in nobis sine laudis errore cadatur. Porrò si vanum est propter hominum laudes bona facere; quanto vanius propter adipiscendam pecuniam, vel gloriam, siue retinendam; & si quid huiusmodi est com modi temporalis, quod nobis accedit extrinsecus; quia omnia vanitas! Propter

Nota.

in Psal. 112.
con. 12. in
medio.

liber.

Propter ipsam denique temporalem salutem, non debemus facere bona opera nostra, sed potius propter illam, quam speramus æternam; ubi bono immutabili persuamur, quod nobis erit ex Deo, imò quod nobis est ipse Deus. Si enim sancti Dei propter hanc temporalem salutem bona opera facerent, nunquam martyres Christi bonum opus confessionis in eadem salutis amissione perfererent. Cum autem Deus rogatur, ut ea quæ videntur esse in nostra potestate, id est, oculorum auersio à videnda vanitate, ab illo nobis concedatur; quid nisi eius gratia commendatur? Nonnulli enim hæretici ab ea vanitate non auerterunt oculos suos, quia putauerunt à seipsis fieri iustos & bonos, & dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei: quia & ipsi homines sunt, qui sibi nimium placuerunt, & de sui arbitrij viribus præsumperunt; & dicentes gratiam Dei secundum merita nostra dari, vt qui gloriatur, non in Domino, sed in seipso gloriatur, hoc est, in homine, non in Domino. Quod prohibet Apostolus dicens, Nemo gloriatur in homine. Et alio loco, Qui gloriatur, inquit, in Domino gloriatur. Illi vero hæretici seipsos à seipsis iustos fieri arbitrantur, quasi hoc eis non dederit Deus, sed ipsi sibi: non vtique in Domino, sed in semetipsis gloriantur. Talibus enim dicit Apostolus, Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis, quæ facta est ex Adam, non discernit hominem, vt eum faciat vas in honorem, non in contumeliam, nisi Deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatur, cum audisset, Quis enim te discernit? posset respondere, vel voce, vel cogitatione, & dicere: Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit me iustitia mea: mox Apostolus occurrit cogitationibus eius, & dixit, Quid enim habet quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? id est, quid gloriaris quasi à teipso habes, quod si non accepisses, à teipso habere non posses? Hoc autem dictum est, vt qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino gloriatur; & qui nondum habet vnde gloriatur, non à seipso speret, sed Dominum precetur. Satis est enim minus quemque habere, quod à Deo petat, quàm plus habere, quod sibi tribuat: quoniam expedit ab imo surgere, quàm ex alto cadere. Deus enim (scripsit enim est) superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Iaco. 22.

1 To. 2. epist.
45. ad Valent.1 Cor. 3.
1 Cor. 26.1 Cor. 4.
Rom 9.

1 Cor. 4.

1 To. 1. epist.
ad Hilarium
Quæst. 2.Iaco. 4.
1. Petri 5.

superbia quàm sit inimenda ex Dei donis, exemplo Pauli ostenditur, qui à satana colaphizatus fuit, ne extolleretur.

Quam ergo inimenda sit superbia de dono Dei, etiam atque etiam commendandum est. Paulus Apostolus, quamvis ex persecutore factus sit prædicator, abundantiorum gratiarum consecutus est in omni labore Apostolico, quàm cæteri Apostoli: vt magis Deus ostenderet suum esse quod dat, non suum. Quomodo solent medici potentiam suæ artis in deo ostendere: sic & Dominus noster Iesus Christus, medicus & saluator noster, in desperato, qui persecutor Ecclesiæ, ostendit magnitudinem artis suæ, vt non solum eum Christum faceret, sed & Apostolum: nec tantum Apostolum, sicut ipse dicit, plus omnibus illis laboraret. Excellentissimæ gratiæ fuit. Et vides quia modò in Ecclesia Pauli Apostoli epistolæ vigent magis quàm coepostolorum eius. Alij enim non omnes scripserunt, sed tantum locuti sunt in Ecclesia. Quorum quæ proferuntur ab errantibus nomine ipsorum, quia non ipsorum, improbantur, nec acceptantur ab Ecclesia. Alij autem qui scripserunt, nec tantum, nec tanta gratia scripserunt, sed magis ergo esset magnæ gratiæ, & magna dona meruisset à Deo, quod dicit quoddam loco? Propter magnitudinem autem reuelationum ne extollar (intende, rem tremendam dico) propter magnitudinem; inquit, reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ; angelus satanæ, qui me colaphizet. Quid est hoc? Ne extolleretur tanquam iuuenis, colaphizatus tanquam puer. Et à quo? Ab angelo satanæ. Quid est stimulus? Dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Et quia illud quod medicus apposuerat, molestum erat in carnis meo, rogauit medicum vt auferret. Quomodo cum medicus apposuit visceribus aliquod forte epithema, molestum & ardens; dicit tamen curandus esse ille, cuius viscera tumebant: cum ille sentire cœperit, & cruciari medicamento, rogat medicum vt auferat medicamentum: medicus autem consolatur, mouet patientiam, quia nouit quàm vtile sit, quod apposuit: ita & Apostolus sequitur & dicit, eum dixisset, Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet (prædixit enim quare, Ne magnitudine reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet.)

1m Psal. 139.
in medio.

1 Cor. 15.

1 Cor. 11.

1 Ibidem inf.

zet) propter quod ter Dominum rogavi, ut auferret eum a me: hoc est dicere, Rogavi medicum, ut auferret a me molestem epithema, quod mihi appofuerat. Sed audi vocem medici. **3. Cor. 12.** dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ego noui quid appofuerim; ego noui vnde aegrotas; ego noui vnde faneris. Si ergo potuit Paulus Apostolus extollere magnitudinem reuelationum, *et forte etiam miraculorum operatione*, nisi acciperet angelum fatanae, qui se colaphizaret, quis de se possit esse securus? Tutius videtur ambulare, qui minus accipit; sed si non peruersè querat, quod rectè nò accipit. Querat sine quo non potest esse in corpore Christi, aut sine quo malè est illic. Tutor est enim in corpore digitus sanus quam lippiens oculus. Digitus exigua quaedam res est, oculus magnifica, multum potest. Et tamen melius est, digitum esse & sanum esse: quam oculum esse, & perturbari, lippire, & excæcari. Non ergo querat quisque in corpore Christi, nisi *mentis* sanitatem. Secundum sanitatem habeat fidem, & ex fide munderet cor eius: ex mundatione cordis videbit illam faciem, de qua dictum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

CAP. XXVII.

Christus discipulos suos gaudere volebat, quia faciebant miracula, sed quia nomina ipsorum scripta erant in caelo.

1 Ideoque etiam & qui facit miracula, & qui non facit miracula *existens* in corpore Christi, hoc est, in Ecclesia, non debet gaudere, nisi de facie Dei. Redierunt Apostoli, & dixerunt Domino, Ecce Domine, in nomine tuo etiam daemonia vobis subiecta sunt. Videt Dominus quòd tentaret eos superbia, ex potentia miraculorum: & ille qui medicus venerat sanare tumores nostros, & ferre infirmitates nostras, continud ait, Nolite in hoc gaudere, quia daemonia vobis subiecta sunt: sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelo. Nò omnes Christiani boni daemones eiciunt; omnium tamen nomina scripta sunt in caelo. Non eos voluit gaudere ex eo quod proprium habebant, sed ex eo quod cum cæteris salutem tenebant. Inde voluit gaudere Apostolos, vnde gaudes & tu. Nullus fidelis *existens in Ecclesia*, habet spem, si nomen eius non est scriptum in caelo. Omnium fidelium, qui diligunt Christum, qui

ambu-

ambulant viam eius humiliter, quam ipse docuit humilis; nomina scripta sunt in caelo. Cuiusvis contemptibilis in Ecclesia, qui credit in Christum, & diligit Christum, & amat pacem Christi, *ambulat viam Christi*, nomen scriptum est in caelo; contumeliet, quem contemnis. Et quid simile ipse, & Apostoli, qui tanta miracula fecerunt? Et tamen Apostoli reprimuntur et eo quod de bono proprio gaudent; & iubentur hinc gaudere, vnde gaudet & ille contemptibilis. **2** Quid eis dixit Dominus? Nolite (inquit) in hoc gaudere: sed gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in caelo. Inde ergo gaudere voluit Apokolos, vnde gaudes & tu. Væ tibi enim, si nomen tuum non est scriptum in caelo. Nonquid væ tibi, si non suscitaueris mortuos? Nonquid væ tibi, si non ambulaueris in mari? Nonquid væ tibi, si non excluderis daemonta? Si accepisti hoc, vnde facias; vt re humiliter, non superbè. Nam & de quibusdam pseudoprophetis dicit Dominus, quia facturi sunt signa & prodigia. Ergo quando tibi talis tentatio euenerit, vt aliquod miraculum facere velis, dic illud & tu, *quod diabolo dixit Dominus*, Redi post me fatana. Scriptum est enim, Non tentabis Dominum Deum tuum. Id est, si hoc fecero, tentabo Deum. Hoc dixit, quod te voluit dicere. Quando tibi suggerit inimicus, Qualis homo, qualis Christianus? Modò vel vnum miraculum fecisti: aut orationibus tuis mortui surrexerunt, aut febricitantes sanasti? Si vere esses alicuius momenti, faceres aliquid miraculum. Responde & dies; Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Non ergo tentabo Deum; quasi me pertineam ad Deum, si fecero miraculum; & non periream, si non fecero. Et vbi sunt verba eius, Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelo.

CAP. XXVIII.

Qui in corpore Christi est, quod non potest in se, hoc potest in altero: sicut oculus hominis audit in aure, & auris videt in oculo.

1 Ergo sunt homines, quos delectat miraculum facere, & ab eis qui profecerunt in Ecclesia, miraculum exigunt; & ipsi, qui quasi profecisse sibi videntur, talia volunt facere; & putant se ad Deum non pertinere, si non fecerint. Dominus

Nota.

Matth. 9.

1 Ibidem im-
mediatè.

Luc. 10.

1 To 9 Traç.
1. in epist. Iod.
in fine.

Matth. 26.

Ibidem 4.

Deur. 6.

Luc. 10.

1 In Psal. 116.
ante medium.

autem Deus noster, qui nouit quid cui tribuatur, & vt seruetur
 compago corporis in pace, alloquitur Ecclesia per Apostolum
 Nō potest dicere oculus manus, Opus te nō habeo: aut iterum
 caput pedibus, Opus vobis non habeo. Si totum corpus oculus
 vbi auditus? Si totum corpus auditus, vbi odoratus? Ergo in
 membris nostris videmus, quomodo singula officium suum
 habeant membra. Oculi vident, & nō audit: aures audit, & non
 videt: manus operatur, nec audit, nec videt: pes ambulat, nec
 audit, nec videt, nec facit quod facit manus. Sed in vno cor-
 pore si sit sanitas, & non aduersus se litigent membra, & aures
 videt in oculo; & oculus audit in aure. Nec obijci potest auri,
 quod non videt, vt dicatur ei, Nihil es, minores. Nunquid
 videre & discernere colores potes, quod facit oculus? Respon-
 det enim aures de pace corporis & dicit, Ibi sum, vbi est oculus,
 in eo corpore sum: in me nō video, in illo, cum quo sum, video.
 Ita cum aures dicit, Oculi mihi videt: oculus dicit, Aures
 mihi audit; oculi & aures dicunt, Manus nobis operantur; man-
 us dicunt, Oculi & aures nobis vident, & audiunt; oculi, &
 aures, & manus dicunt, pedes nobis ambulat. Omnia in vno
 corpore cum operantur, si sit ibi sanitas, & concordent mem-
 bra, gaudent & congaudent sibi. Et si aliquid molestia sit
 in aliquo membro, non se deserunt, sed compatiuntur sibi.
 Nunquid quia in corpore pes, quasi longē videtur ab oculis?
 Illi enim sunt locati in subtilitate, pedes autem in frā positi.
 Quando fortē pes spinam calcauerit; deserit oculus, & nō sicut
 videmus, totum corpus contrahitur, & sedet homo; curuatur
 spina dorsi, vt quærat spinā, quæ hæc sit in planta? Omnia
 membra quæquid possunt, faciunt, vt de infimo exiguo loco,
 spina, quæ inhæret, educatur. Sic ergo quisquis in corpore
 Christi non potest resuscitare mortuum, non illud querat; sed
 querat ne discordat in corpore: quomodo si antris querat vi-
 dere, discordare potest. Nam quod non accipit, non potest fa-
 cere. Sed si ei obiectum fuerit, & dictum, Si iustus esses, re-
 suscitares mortuos, quomodo resuscitauit Petrus. (In Christo
 enim maiores videntur fessisse Apostoli, quam ipse Dominus.
 Sed vnde fieri potest, vt plus valeant fœrta quam radix?
 Quomodo autem quasi maiora videntur fessisse illi, quam ille
 Ad vocem Domini surrexerunt mortui: ad vmbra transeun-
 tis Petri surrexit mortuus. Maius hoc videtur, quam illud. Sed
 Christus facere sine Petro poterat; Petrus nisi in Christo non
 poterat.

poterat. Quia sine me, inquit, nihil potestis facere.) Cum ergo
 audierit homo, qui proficit, quasi obiectam calumniam ab
 ignaris paganis, ab hominibus nescientibus quid loquantur,
 in compage corporis Christi respondeat, & dicat, Quid dicis?
 Non est iustus, quia non facit miracula? Possis & auri dicere,
 Non es in corpore, quia non vides. Fac, inquit, & tu, sicut &
 Petrus fecit. Sed Petrus & mihi fecit, quia in eo corpore sum,
 quo Petrus fecit. In illo, quod potest, possum, à quo diuisus
 non sum. Quod minus possum, compatitur mihi: & quod plus
 potest, cōgaudeo illi. Ipse Dominus desuper clamauit pro cor-
 pore suo; Saule, Saule, quid me persequeris? Et ipsum nemo
 agebat, sed pro corpore in terra laborante, caput de cælo cla-
 mabat. Si ergo vnusquisque quod potest, iuste & p̄ se egerit, &
 pro eo, quod alius plus potest, non inuiderit; sed congratulatus
 fuerit tanquam in vno Ecclesia corpore cum eo constitutus:
 tenent ad eum vox ista Psalmi, Domine, non est exaltatum cor
 meum, neque in altum elati sunt oculi mei: neque ingres-
 sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Quod enim
 recessit vires meas, ait, non quæsiui, non ibi me extendi, nolui
 ibi magnificari.

CAPVT XXIX.

*Nemo querat magnus esse in Ecclesia, sed humilis;
 ne tetent Deum.*

Multi autem talia desiderantes, ceciderūt. Nam Simon
 magus talia desiderauit ab Apostolis, qui Spiritum
 sanctum per pecuniam voluit comparare. Amavit poten-
 tiam miraculorum, & non amavit imitationem humilitatis.
 Ideo quidam discipulus, vel quidam de turba, cū vellet sequi
 Dominum, attendens miracula quæ faciebat: vidit illum Do-
 minus superbum, non querere viam humilitatis, sed typhum
 potentia, & ait: Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos:
 filius autem hominis nō habet, vbi caput reclinat. Vulpes in te
 foveas habent; volucres cæli in te nidos habent. Vulpes, dolus
 est; volucres cæli, superbia est. Sicut enim volucres alta petunt,
 sic superbi: & vt vulpes cauernas habent dolosas; ita omnes in-
 diuidiosiores. Quid ergo respondit Dominus? Potest in te habi-
 tare superbia & dolus; Christus non habet vbi in te habitat, vbi
 reclinat caput suum: quia reclinatio capitis, humilitas Christi
 est. Nisi reclinaret caput, nō iustificareris. Talia desiderantes &

10an. 19.

Act. 9.

Psalm. 119.

1 In Psal. 90.
cōc. 3. in med.
Act. 8.

Luc. 9.

duo fratres discipuli, & volentes iam appetere scem regni, at
 tequam viam humilitatis caperent, quando illi suggestum est
 à mære discipulorum: Dic vt vnus sedeat ad dextera[m], & alius
 ad sinistra[m] tuam: potentiam querebant: sed quia per passio-
 nem humilitatis venit ad potentiam regnauit Dominus, Po-
 testis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? *Quid cogitatis*
 altitudinem regni, & non imitami[n]i humilitatē meam? Ergo
 si sic quis te tenet, fac miracula; ne tu tentes Deum, quid de-
 bes respondere? *Quod respondit* Dominus. *Ait quippe illi dia-*
bolus, Mitte te deorsum: quia scriptum est, Angelis tuis man-
 dauit de te, vt in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapi-
 dem pedem tuum. Si te miseris, angeli te suscipient. Et postea
 quidem fieri, vt si se misisset Dominus, obsequia angelorum
 susciperent carnem Domini. Sed quid illi ait: Iterum scriptum
 est, Non tentabis Dominum Deum tuum. *Hominem ne pas-*
tas. Ad hoc enim accessit diabolus, vt tentaret, vtrum filius Dei
 ipse esset. Videbat carnem, sed maiestas in operibus apparebat,
 angeli testimonium dixerunt. Ille videbat mortalem, vt ten-
 taret, vt Christo tentato doceret Christianum. *Quid ergo*
scriptum est? Non tentabis Dominum Deum tuum. Itaque
 non tentemus Dominum; vt ei dicamus, Si ad te pertinemus,
 miracula faciamus.

CAP. XXX.

Aliter scelerati, aliter sancti miracula faciunt.

IQvod autem Dominus dicit, pseudoprophetas multa
 signa & prodigia facturos, ita vt fallant etiam, si fieri po-
 test, electos admonet vtrique, vt intelligamus, quædam mira-
 cula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non
 possunt; nec tamē ideo potioris loci apud Deum esse arbitrandum
 sunt. Non enim acceptiores erant Deo, quam populus Israel,
 magi Aegyptiorum; quia nō poterat ille populus facere quod
 illi faciebant: quamuis Moyses in virtute Deimajora potuerit.
 Sed ideo non omnibus sanctis ista tribuuntur, ne perniciosissi-
 mo errore decipiantur infirmi, existimantes in talibus factis
 maiora dona esse, quā in operibus iustitiæ, quibus æterna vita
 comparatur. Propterea Dominus prohibuit hinc gaudere dis-
 cipulos, cum ait: Nolite in hoc gaudere, quoniam spiritus
 vobis subiciuntur: sed in hoc gaudete, quoniam nomina vestra
 scripta

Math. 20.
 Math. 4.
 Psalm. 90.
 Deut. 6.
 1 To. 4. lib. 8.
 quæstionum,
 quæst. 79.
 Exod. 7.
 Luc. 10.

scripta sunt in caelis. Cum ergo talia faciunt magi, qualia non-
 quam sancti faciunt; talia quidem visibiliter esse apparerēt,
 & diuerso fine, & diuerso iure sunt. Illi enim faciunt, quæ-
 rentes gloriam suam; isti quærentes gloriam Dei: & illi faciunt
 vt quædam potestatibus concessa in ordine suo, quasi priuata
 commercia vel beneficia: isti autem publica administratione,
 vni eius, cui cuncta creatura subiecta est. Aliter enim cogit
 assessor equum dare militi: aliter cū tradit emptori, vel cui-
 bet donat, vel commodat. Et quemadmodum plerique mali
 iustes, quos imperialis disciplina condemnat, signis impera-
 ris sui nonnullos possessores terrent, & ab eis aliquid, quod
 publice non iubetur, extorquent: ita nonnunquam mali Chri-
 stiani, vel schismatici, vel heretici per nomen Christi, aut ver-
 ba, aut sacramenta Christiana exigunt aliquid à potestatibus,
 quibus honori Christi cedere indictum est. Cum autem malis
 gentibus cedunt voluntate, ad seducendos homines cedunt,
 eorum errore lætantur. *Quapropter aliter magi faciunt* mi-
 racula; aliter boni Christiani; aliter mali Christiani. Magi per
 miraculos contractus; boni Christiani per publicam iustitiam;
 mali Christiani per signa publicæ iustitiæ.

CAP. XXXI.

Epilogus præcedentium.

ERgo, vt possimus instructi semper resistere tentatori, ^{1 In Psal. 90.}
 non præsumamus vnquā in nobis, sed in ipso qui prior ^{in initio.}
 tentatus est, ne nos in tentatione vinceremur: illi enim tenta-
 tio non erat necessaria. Tentatio Christi, nostra doctrina est.
 Si autem attendamus quid responderit diabolo, vt hoc & nos
 respondeamus, quando similiter tentat; intremus recta via per
 ianua[m]. Quid est enim intrare per ianua[m]? Intrare per Chri-
 stum. Ipse enim dixit, Ego sum ianua. Quid est autem intrare ^{Ioan. 10.}
 per Christum? Imitari vias Christi. In quo imitaturi sumus
 vias Christi? Nunquid in ea magnificentia, in qua Deus erat
 carnea? Aut ad hoc nos exhortatur, aut hoc à nobis exigit, vt
 talia miracula, qualia fecit ipse, faciamus? At verò Dominus
 postest Iesus Christus nonne & modò & semper cum Patre to-
 tam mundum gubernat? Et nunquid vel ad hoc vocat homi-
 nem, faciens imitatore[m] suum, vt cum illo gubernet caelum &
 terram, & omnia quæ in eis sunt? Aut vt sit & ipse creator, per
 quem

quem fiant omnia, sicut per Christum facta sunt omnia: Neque ad ista opera te inuitat Deus Saluator, Dominus noster Iesus Christus, quæ fecit ab initio, de quibus scriptum est, Omnia per ipsum facta sunt: neque ad illa quæ fecit in terra. Non hoc dicit, Non eris discipulus meus, nisi ambulaueris super mare; aut, nisi suscitaueris mortuum quatruiduanum; aut, nisi oculus cæci nati aperueris: nec hoc. Quid est ergo intrate per ianua? Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quod factus est propter te, hoc in eo debes attendere, vt imiteris. Miracula enim & nondum natus de Maria, fecit, Quis enim vniquam fecit, nisi ipse, de quo dictum est, Qui facit mirabilia magna solus? In ipsius enim virtute, & antea qui fecerunt, potuerunt aliquid facere. In virtute Christi Helias mortuum suscitauit. Nisi forte maior est Petrus quam Christus, quia Christus voce suscitauit ægotantem: Petrus autem cum pertransiret, umbra ipsius tangendi proferebantur ægroti. Potentior ergo Petrus, quam Christus? Quis hoc dementissimum dixerit? Quare ergo tanta potentia in Petro? Quia Christus in Petro. Ideo dixit, Omnes qui venerunt, fures sunt & latrones: id est, qui venerunt sua sponte, non sunt à me missi. Qui venerunt sine me; à me non sunt missi, in quibus ego non fui, quos ego non introduxi. Quorquor ergo miracula facta sunt, siue à præcedentibus, siue à subsequenteribus, idem ipse Dominus fecit, qui fecit & præsentia sua. Nec ad ipsa ergo miracula hortatur, quæ ipse fecit, & antequam esset homo: sed quid te hortatur vt imiteris: Quod nõ posset, nisi factus homo. Tolerare enim passiones nunquid posset, nisi homo? Mori, & eruci figi, & humiliari posset, nisi homo? Sic ergo & tu cum molestias huius sæculi pateris, quas facit diabolus, siue aperte per homines, siue occultè, sicut Iob; sis fortis, sis tolerans. Multi enim fortes sunt, quando ab hominibus patiuntur persecutionem, & vident eos aperte scire in se; & putant quia tunc imitantur passiones Christi, si aperte eos homines persequantur: si autem occulta diaboli persecutione feriantur, putant se non coronari à Christo. Noli timere, quando imitaris Christum. Nam & quando tentauit diabolus Dominum, nullus homo fuit in eremo: occultè illum tentauit, sed superatus est & aperte scruuens superatus est.

potens esse vult, aut magnus, se peccatorem attendat; deoq; non sibi, placeat.

Iterum existit alius in Ecclesia, qui amat potentiam, qui amat & magnificentiam: vult esse magnus, quomodo auferunt. Magnificèntia quædam est in angelis, & tanta potentia si faciant angeli quicquid possunt, sustineri non possunt. Omnis homo desiderat potentiam angelorum, sed iustitiam angelorum non amat. Prius iustitiam dilige, & sequetur te potentia. Tu iam quærebas magnificentiam: prius dilige sanctitatem: cum sanctificatus fueris, eris & magnificus. Nam si præterè prius esse volueris magnificus, antè cades, quam surgas. Non enim surgis, sed extolleris. Melius surgis, si te ille erigat, non cadit. Descendit enim ad te ille qui non cadit. Tu ceteras, ille descendit, porrexit tibi manum: non potes viribus surgere; amplectere manum descendentis, vt erigaris in altum. Proinde leues & oculos tuos ad illum qui habitat in caelo, non te attendas. Omnis enim superbus se attendit, & magnus sibi videtur, qui sibi placet. Sed qui sibi placet, stulto animi placet, quia ille ipse stultus est, cum sibi placet solus. Sic securus placet, qui Deo placet. Et quis est qui placet Deo? Cui placuerit Deus. Displicere sibi Deus non potest. Placet & tibi, vt placeas illi. Sed tibi ille placere non poterit, nisi tibi displicueris. Si autem displices tibi; tolle à te occupationem. Vt quid te enim attendis? Si enim verum te attendis, in te quod tibi displiceat: & dicis Deo, Peccatum meum ante me est semper. Peccatum tuum sit ante te, vt non sit ante me: & tu noli esse ante te, vt sis ante Deum. Quomodo enim volumus vt non à nobis auertat faciem suam Deus: sic volumus vt auertat faciem suam à peccatis nostris. Nam vtrumque illi datur in Psalmis. Ille qui dicit, Ne auertas faciem tuam à me; vide quid dicat alio loco, Auerte faciem tuam à peccatis tuis. Si vis vt auertat faciem suam à peccatis tuis, tu ipse à te auerte faciem tuam, & à peccatis tuis noli auertere. Si enim non ab eis auerteris faciem tuam, tu ipse irasceris peccatis tuis. Si autem tu non auerteris faciem tuam à peccatis tuis: tu agnosce, & ille ignoscit. At verò à te leua oculos ad illum, & dic, Ad leuauit oculos meos, qui habitas in caelo. Cælum porro, si temporaliter intellexerimus hoc quod videmus oculis corporis;

Iean. 2.
Math. 11.
Psalm. 91.
3 Reg. 17.
Actov. 5.
Iean. 10.

In Psal. 91. in initio.

In Psal. 111. ante medium.

Psalm. 50.

Psalm. 10.

Psalm. 50.

Psalm. 113.

Math. 4.

CAP.

porais; verè sic errabimus, vt non putemus nos illuc ascendere nisi scalis positis, aut aliquibus machinamentis. Si autem ritualiter ascendimus, spiritaliter cælum intelligere debemus. Sit ascensus in affectu, cælum in iustitia. 3 Ascendimus ad cælum, si cogitamus Deum, qui ascensum in corde facit. Quis est ascendere in corde? Proficere in Deum. Quomodo omnis qui deficit, nõ descendit, sed cadit: sic omnis qui proficit, ascendit. Sed si sic proficiat, vt non superbiat: si sic ascendat, vt non cadat. Si autem proficiendo superbiat, ascendendo iterum cadit. Sed vt non superbias, quid debes facere? 4 Reuocata ad Apostolum. Quid enim habes, quod non accepisti? Et sic dicitur stritiam tuam, vt memineris quod accepisti eam, & non eam inuideas accipientibus. Nam & ille Pharisæus, tanquam à Deo accepisset, dicebat, Gratiarum tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines. Quare? Inde enim te delectat, quia bonus es, quia alter malus est? Denique quid addidit? Iniusti, raptores, adulteri, sicut & Publicanus iste. Hoc iam non est exultare, sed insultare. Ille autem captiuus nec oculos ad cælum audebat leuare, sed percutiebat pectus suum, *confitens, gemens & dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.* Parum itaque est, vt illud quod in te est bonum, agnoscas quod à Deo sit, nisi etiam inde non te extollas super illum, qui nondum habet, qui fortasse cum accepit, transiet te. Quando enim erat Saulus Stephanus lapidator, quam multi erant Christiani, quorum ille erat persecutor? Tamen quando conuersus est, omnes qui se præcellerant supertrauit. 5 Pertinet ergo etiã ad te clamare, pertinet gemere, pertinet confiteri, *quod fecit Publicanus*, non te exaltare, non te in iactare, non de tuis viribus gloriari: *sicut Pharisæum fecit.* Quia etsi habes aliquid gaudendū, quid est quod nõ accepisti.

CAP. XXXIII.

Superbiam inuidia sequitur, qua lapsus diabolus, etiam homines ad eam incitat.

Sed quamdiu exaggerem quid mali sit in superbia? Diabolus inde solum puniendus est: certè princeps est omnium peccatorum; certè seductor est ad peccandum. Non est impuratur adulterium, non vinolentia, non fornicatio, non rapinarum alienarū: sola superbia lapsus est. Et quoniam superbia mors est inuidentia, fieri nõ potest, vt superbus non inuideat;

pe vitio, quod superbiã necessariõ sequitur. Lapsus enim diabolus inuidit Itanri, & dedit operam seducere hominem, nõ leuaretur, vnde ille deiectus est: & ideo fatigat vera petere peccata, quia talem iudicem habemus, vbi obicere falsum possit. Nam si apud iudicem hominem ageretur causa tua, quem possit fallere criminationibus falsis; non multum met, vt peccaremus: quia iudicem fallendo, & innocentes et opprimere, & circumuentos ad te traducere, & secum demerari facere. Nunc verò quia scit talem iudicem, qui non possit: & quia scit eum iustum, personas accipere non tales ei reos quærit perducere, quos necesse sit vt damnet, iniustus est. Dar itaque operam, vt peccemus, sola inuidentia: quæ inuidentia necesse est vt comiretur superbiam. Iactet quisque de diuitiis, iactet de pulchritudine, & de virtutis corporis: ista certè omnia mortalia sunt. Ridendi sunt, qui mortalibus iactant, à quibus rebus plerumque aut viuuntur, aut mortui eas necesse est vt deserant. Illud est vitium capitale, quod, cum quisque bene profecerit, superbiatur, vt perdat totum quod profecit. Denique omnia vitia malefactis timenda sunt: superbia in benefactis plus mendanda est. Non itaque mirum, quia sic est humilis à Apostolo, dicit, Quando infirmor, tunc fortis sum. Nam hoc vitio si medicamentum dicit appositum, contra tumorem à medico, qui sciret quid curaret: Ne magnitudine, inquit, reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus dicit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmo perficetur. À postolus doctor gentium, pater fidelium per angelum, accepit stimulum carnis, à quo colaphizaretur. Quis nostrum hoc dicere auderet, nisi ille confitenti non erubesceret? Si enim dixerim: hoc non passum fuisse Paulum, tamen quasi honorem deferimus; mendacem facimus. Sed vera verax est, & verum dixit; oportet vt credamus datum illi esse angelum satanæ, ne magnitudine reuelationum tantus doctor extolleretur. Ecce quam timendus est ferus superbiæ.

1 Ibidem sup.

4 In Psal. 70.
concione 1.
ante medium
1. Cor. 4.

Luc. 18.

Act. 7.

5 In Psal. 39.
ante finem.

1. Cor. 4.

In Psal. 38.
cõc. 3. in med.Vide epist. 18.
ad Dio. coru.
& epist. 109.
ad Monach. in
medio.
1. Cor. 12.

CAP. XXXIII.

Superbia vitium etiam in docendo cauendum est: & tu est audire quam loqui.

1 To. 3. epist.
122. ad Florē-
tium.

Iacobi 5.
Psalm. 50.
Vide To. 15. in
edit. Plantini.
Serm. 121. de
diuers.

ET ob id sollicitissimè cauendum est etiam in docendo. Superbia vitium, quod in discendo non ita est. Vnde sancta Scriptura nos admonet, dicens, Sit omnis homo uel audienti; tardus autem ad loquendum. Et ille in Psalmo ait, Auditui meo dabis exultationem & lætitiā: cōtinuò subiecit; Et exultabunt ossa humiliata. Vidit enim in audientia facillimè seruari humilitatem, quæ difficilis est in docendo; quoniam necesse est ut Doctor habeat superiore locum, laboriosum est, ne subrepat elatio. Vidēline quemadmodum periclitemur, à quibus hoc expectatur, ut non solum doctus simus, verum etiam, cum simus homines, diuina doceamur. Isto autem periculo non tantum nos, sed etiam ille, de quo diximus, doctor Gentium, periclitatum se esse testatur, cum dicit, Ne in magnitudine reuelationum mearum extollar, datus mihi stimulus carnis, &c. Vnde & ipse Dominus, tumoris huius admirabilis medicus: Nolite, inquit, ab hominibus vocari Rabbi: uos est enim magister uester, Christus. Quod retinet idem ipse doctor gentium, dicit; Neque qui plātat est aliquis neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Hoc & illi meminit, qui in natis mulierum, quanto magnus erat, tanto se in omnibus humiliabat, indignum se affirmans, qui Christi quidā calciamenta portaret. Quis enim aliud ostendit, ubi alius? Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi stat et audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi? Hic est illi auditor, de quo commemorauit in Psalmo positum, Auditui meo dabis exultationem & lætitiā, & exultabunt ossa humiliata. Quare etiam feliciores sunt, qui audiunt, quam qui loquuntur. Qui enim dicit, humilis est: qui autem docet, laborat ut non sit superbus, ne mali placēdi affectus irrepat, ne Deo displiceat, qui uult placere hominibus. Magnus tremor est in docente: magnus tremor est in his uocibus nostris. Crede cordi nostro, quod uidere non potes: seip ipse, qui mitescat nobis, qui propitius sit nobis, cum quanto sub illo tremore loquimur. Cum autem ipsum aliquid suggerentem & docentem intus audimus; securi sumus, securi gaudemus. Sub magistro enim sumus; illius gloriam quærimus, illum docentem laudamus.

Delectat

ut nos ueritas eius intus, ubi nemo facit uel audit strepitum. Ibi dixit iste esse lætitiā. Et ideo, quia humilis, audit. Tere audit, & bene audit, humilis audit. Gloria enim eius uel, à quo audit. Posteaquam ergo dixit, Auditui meo exultationem & lætitiā; continuo demonstrauit, quid exultatio. Exultabunt, inquit, ossa humiliata. Humiliata ossa audientis non habent fastum, non habent tumorem in se uix uicium, qui loquitur. Inde ergo & ille humilis, de quo iam diximus, qui ita se humiliat, ut se ipsum diceret solutere corrigiam calciamenti Domini sui; ille uel baptista, dans gloriam magistro suo, & ideo amico illum Christus putaretur, & ex eo superbere posset, & se exultare, (non enim ipse se dixerat Christum) sed poterat accidere hominum errorem hoc purantium, utro istum honorem se uolentium: uel respuit fastum honorem, ut inueniret in gloriam. Et uide humilitatem eius de auditu. Air, Qui sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi stat, & audit eam. Statem se fecit & audientem; non cadentem, & loquentem. Stat, inquit, & audit eum. Audisti auditum: ubi est exultatio & lætitiā? Continuo sequitur, Stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. 4. Merito stat, qui propter uocem sponsi gaudet. Nam si propter uocem suam gauderet, caderet. Ideo stat, quia audit eum: quia & primus homo audiendo stat, cecidit: audiendo serpentem, cecidit.

CAP. XXXV.

Superbia vitium homo vincit ultimum, quo primum lapsus est: à quo ut curaretur homo, factus est humilis Deus.

Virgo bene didicit, uel expertus est uitiorum superandorum gradus, intelligit hoc uitium inanem gloriæ, uel uel maximè cauēdum esse perfectis. Quo primo enim lapsus est anima, hoc ultimum uiciū. Initium autem omnium peccati, superbia. Et initium superbiæ hominis, apostatare. Non enim inerat Adæ primo homini: sed uenit illi in superbiā, & mouit illum manus peccatoris, id est, manus uolū superba. Quomodo ille qui eum seduxit, dixit, Ponam meam ad aquilonem: sic illi persuasit, Gustate, & eritis dii. Radicem huius peccati, & caput huius peccati, qui dixit, Non ueniat mihi pes superbiæ. Quare illura

Ioan. 2.

4 In Psal. 55.
in medio.
5. Ser. 55. inter
impress. Lou.
pope inuit.

Ioan. 3.

Psalm. 50.

3 In Psal. 50.
in medio.

1 In Psal. 7.
ante med.
Vide Ambros.
epist. 84. li. 10.
Eccles. 10.

2 In Psal. 35.
conc. 1. ante
5. em.
Esa. 14.

Genes. 3.
1 Ibidē infra
illura

illum pedem dixit? Quia superbiendo Deum deleruit
cessit: & pedem ipsius, affectum ipsius dixit. Non veniat
inquit, pes superbiae, & manus peccatoris non moueat me
et, opera peccatoris non moueat me, vt imitari illos vel
Quare autem contra superbiam loquens, hoc addidit, Ibi
ciderunt, qui operantur iniquitatem? Quia qui iniqui sunt
superbia ceciderunt. Ideo cum cantam faceret Dominus
clesiam, ait: Illa tuum, inquit, obseruabit caput, & tu eius
caueum. Serpens obseruat calcaneum; quando tibi veniat
superbiae, quanto labris, vt deiciat. Tu autem caput eius
serua. *Quidnam verò caput?* Initium omnis peccati superbia
4 Ab hoc vitio, quod est caput omnium vitiorum, quia in
cetera vitia nata sunt, facta est Apostasia à Deo, eunte anima
tenebras, & malè videntem libero arbitrio, peccatis etiam ceteris
consecutus. vt & substantiam suam dissiparet cum meretrici
bus, viuens prodigè: & per egestatem fieret pastor porcorum
qui erat socius angelorum. Propter hoc vitium, propter hoc
magnum superbiam peccatum, Deus humilis venit. Hæc causa
hoc peccatum magnum, iste ingens morbus animarum, omni
nipotentem medicum de cælo deduxit; vsque ad formam seu
humiliavit, contumelias egit, ligno suspendit; vt per salutem
tanæ medicinæ curetur hic tumor. Tam tandem erubescens
homo esse superbus, propter quem factus est humilis Deus.
*Ad superbium missus à Deo venit Deus humilis, vt exsuper
ad Deum reduceret per se factum humilem.* 6 Viam enim nobis
fecit per humilitatem, quia per superbiam recesseramus à Deo.
Redire ad eum, nisi per humilitatem non poteramus; & quem
nobis præponeremus ad imitandum, non habebamus. Omnis
enim mortalitas hominum, superbia tumuerat. Et si existet
aliquis humilis vir in spiritu, sicut erant Prophætæ, Patriarchæ
dedignabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne
ergo dedignaretur homo imitari hominem humilem, Deus
factus est humilis; vt vel sic superbia generis humani non de
dignaretur sequi vestigia Dei. 7 Magna vera medicina hæc
medicina, si hominis superbiam non curat; quid cum ceteris
nelcis. Deus est, & fit homo. Sepone diuinitatem, id est, quod
dam modo sequestrat, hoc est, occultat, quod suum erat: quod
apparet, acceperat. Fit ille homo, cui fit Deus: & non se agnoscat
homo hominem, id est, nõ se mortalem agnoscat, non se agnoscat
se fragilem, non se agnoscat ægrotum; vt querat vel ægrotum
medi-

Eccles. 10.
4 In Psal. 118.
expol. 1. in
fine.

Luc. 15.

Philipp. 2.

6 In Psal. 31.
conc. 1. a
princip.

7 Serm. 74. de
temp. vltra
medium.

ficum, sed (quod est periculosius) sanus sibi videtur. 8 De
quid de tali superbo dicitur, mortali, accincto pannis car
prægrauato pondere corporis corruptibilis, & tamen ex
nati se, & obliuiscenti, quia pelle vestitus sit? quid ei dicit
scriptura? Quid superbit terra & cinis? Quid superbit? Caput
omnium morborum superbia, quia caput omnium peccatorum
superbia. Medicus quando ægritudinem discit, & tamen ex
aliquam causam factum est, & ipsam causam per quam fa
ctum est, non curet; ad tempus videtur mederi: causa manente,
vltibus repetitur. Verbi gratia; apertius hoc dicam. Humor in
corpore scabiem vel vlcera genuit in corpore: fit magna febris,
non parvus dolor. Exhibentur quædam medicamenta, quæ
vltibus compescunt, & feruorem illum vlcis sedent; & ad
vltibus proficiunt. Vides hominem, qui fuit vlcerosus &
vltibus sanatum: sed quia humor ille non eiectus est, rursus
vltibus redit. Cognoscens hoc medicus, purgat humorem,
vltibus abrahit causam; & nulla erunt vlcera. Vnde ergo abundat
vltibus? Per superbiam. Cura superbiam, & nulla erit iniqui
vltibus. Vt ergo causa omnium morborum curaretur, id est, super
vltibus descendit, & humilis factus est filius Dei. Quid superbi
vltibus? Filius Dei propter te humilis factus est. Puderet te for
vltibus imitari humilem hominem; saltem imitare humilem
vltibus. Venit filius Dei in homine, & humilis factus est. Præ
vltibus tibi vt sis humilis, & tibi præcipitur, vt ex homine
vltibus pecus. Ille Deus factus est homo, tu homo cognosce quia
vltibus homo. Tota humilitas tua est, vt cognoscas te.

CAP. XXXVI.

*Christus declarauit se humilem in sua nativitate, & in
electione discipulorum suorum; vt etiam homines
faceret humiles.*

Quare vel hinc solum nos discimus, quia humilitatem
nos docuit Christus; quia Deus factus est homo. Ipsa est
humilitas, quæ displicet pagani, vnde nobis insultat: *Qua
Deum colitis, qui natus est? Qualem Deum colitis, qui
crucifixus est? Humilitas Christi, superbia displicet: tibi autem
Christiano si placet, imitare. Si imitatus fueris, non laborabis:
quia ipse prædixit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati
estis; & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

Quo-

8 To. 9. Traç.
25. in Ioan.
vlt. medium
Vide Ser. 1. de
S. Laurent.
inter nouos.
Eccles. 10.

7 In Psal. 95.
in medio.

Matth. 23.

DE CHRISTO ET ECCLESIA

464

2 Ex Term. de tribus Virg. quem Boet. dicit 1. Cor. 1.

3 Ex Term. de Calced. Ianua. quem dicit 1. Cor. 10

4 Ser. de tribus Virg.

1 Cor. 1.

5 Ibidem inf. Vide Ser. 10. de ver. Dom. ante finem.

6 In Psal. 56. ante medium Matth. 9.

IOAN. 1.

7 To 9. Tract. 7. in Ioan. 8. Item medium Sermon. 27. de ver. B. Apost. Petri.

Quomodo humilis corde: Primo, quia elegit nasci de illa mna, quae desponsata erat fabro. Non ergo elegit amplonari, ne in hac terra nobilitas superbiret. Non elegit saltem nasci in amplissima ciuitate, sed natus est in Bethlehem Iuda, eae, quae nec ciuitatis nomine nuncupatur: hodieque illam incolat quae illius, villam appellat: tam parua, tam exigua, propè nulla est, nisi pristina Domini Christi natiuitate nobilitaretur. 2. Sed forsitan dicit aliquis, Etsi ipse humiliter natus est; in discipulorum nobilitate iactare se voluit. Nequaquam. Non enim elegit Reges, aut senatores, aut philosphos, aut oratores: imò verò elegit plebeios, pauperes, indoctos, piscatores. Petrus erat piscator, Cyprianus orator. Nisi fideliter precederet piscator, nò humiliter sequeretur orator. 4. Quare autem primo ignobiles, paucos, imperitos, & impolitos elegerit Dominus, cum haberet ante oculos suos turbam magnam, in computatione quidem illorum pauperum, sed in genere suo multos diuites, nobiles, sapientes, quos postea etiam collegit; exponit Apostolus sacramentum. Infirmi, inquit, mundi huius elegit Deus, vt confundat fortia: & stulta huius mundi elegit, vt confundat sapientes; & ignobilia huius mundi elegit Deus, & ea quae non sunt, id est, non computantur, vt quae sunt, euacuentur. 5. Elegit ergo infirmos, pauperes, indoctos; non quia reliqui firmos, diuites, sapientes, nobiles: sed si ipsos primos eligeret, merito diuitiarum suarum, merito substantiarum suarum, merito natalium suorum sibi eligi viderentur; atque inflati de his rebus, salutem humilitatis non recipient, sine qua nemo se dire potest ad illam vitam, vnde non laberemur, nisi per superbiam. 6. Nam inde non est electus etiam ille Nathanael. Qui enim tibi videtur, vt publicanum in telonio sedentem eligeret Matthaeum; & non eligeret Nathanael, cui perhibuit testimonium ipse dicens, Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Intelligitur ergo iste Nathanael doctus fuisse in lege. Non quia doctus non erat electurus: sed si ipsos primo elegeret, doctrinae suae merito se electos putaret, & ita eorum scientiam laudaretur, & laus Christi gratiae minueretur. Perhibuit testimonium tanquam bono fidei, in quo dolus nō erat: sed tamen cum non assumpsit inter illos discipulos, quos primum idoneis tunc elegit, non oratores. 7. Volens enim superbiorum frangere ceruces, non quæsiuit per oratorem piscatorem: sed de pileatore lucratus est & oratorem, & imperatorem. 8. Da mihi

illum piscatorem; da mihi idioram; da mihi imperitum. Da mihi eum, cum quo non dignatur loqui senator; nec quando emit piscem. Ipsum, inquit, da. Hunc si implevero, manifestum erit, quod ego facio: quamquam & senatore, & imperatorem, & imperatorem ego sum facturus. 9. Elegit ergo etiam etiam postea & oratores: sed illi superbirent, si non prius eligeret piscatores. Elegit imperatores postea. Sed melius est, Romam cum venerit imperator, deposito diademate, pleret memoriam piscatoris, quam vt piscator pleret ad memoriam imperatoris. Infirmi enim mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi elegit, & ea quae non sunt, quam ea quae sunt, vt ea quae sunt, euacuentur. Et quid dicitur? quid ait? Concludit Apostolus: Vt non glorietur in Deo omnis caro. Vide quemadmodum nobis abstulit gloriam, vt daret gloriam. Abstulit nostram, vt daret suam. Abstulit inanem, vt daret plenam. Abstulit nutantem, vt daret firmam. Tanta est ergo gloria nostra fortior & firmior, quia in Domino non ergo in te debes gloriari, quod prohibuit veritas: sed ait Apostolus, hoc præcipit veritas, Qui gloriatur, in Domino glorietur:

9 In Psal. 56. ante medium

1. Cor. 12

CAP. XXXVII.

Quales sunt, qui malè fortes sunt; siue, quos fortes Deus confundat.

Quia infirma mundi Deum elegerit dicit Apostolus, vt confunderet fortia; diligenter insinuandum est, qui sint fortes, potest intrare in domum fortis; & vasa eius eripere, nisi alligauerit fortem. Alligauit ergo fortem vinculo dominionis suae, & vasa eius abripuit, ac vasa sua fecit. Erant enim vasa iniqui, vasa diaboli, qui credentes, facti sunt vasa Christi: vasa Apostolus dicit, Fuisit enim aliquando tenebræ, nunc lux in Domino, qui notas facit diuitias suas in vasa misericordiae. Possunt ergo isti fortes, diabolus & eius angeli iniqui. Sed sunt etiam in hominibus quidam fortes, reprehensibili & damnabili fortitudine, qui præsumunt quidem, sed de temporalis felicitate. Num tibi videtur fuisse fortis diues iste, ex Evangelio recitatur, quoniam successit ei regio in opulentia fructuum? Perturbatus, cõsiliu reconductionis inuenit, & destructis veteribus apothecis, nouas cõstrueret ampliores:

In Psal. 56. post initium.

Matth. 22.

Ephes. 5.

Luc. 11

eisque completis, animæ suæ diceret, Habes multa bona, mas; epulare, iocundare, satiari. **Qualem fortem vides?** **R.** homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit multitudinem diuitiarum suarum. Vide quàm fortis sit: Et prævaluit, inquit, in vanitate sua. Sunt & alij fortes, nõ de diuitiis non de viribus corporis, non de aliqua in tempore præcellentia potentia dignitatis: sed præfumentes de iustitia sua. Hoc genus fortium cauendum est, metuendum, auersandum; nõ imitandum; præfumentium, inquam, non de corpore, non de opibus, non de genere, non de honore: (omnia enim ista quis non videat temporalia, fluxa, caduca, volatica:) sed præfumentium de iustitia sua. Talis fortitudo impediuit Iudæos, ne per fortitudo menacius intrarent. Cùm enim de se præfument, quod iusti sint, & tanquam sani sibi videntur; medicinam reculauerunt, & ipsum medicum necauerunt. Tales ergo fortes, non infirmos non venit vocare, qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Isti erant fortes, qui insultabant discipulis Christi, quia magister eorum ad infirmos intrabat, & cõiuuabatur cum infirmis. **Q**uare, inquit, magister vester cum publicanis & peccatoribus manducat? **O** fortes, quibus medicus opus nõ est. Fortitudo ista non sanitatis est, sed infaniz. Nam & phreneticis nihil fortius; valentiores sunt sanis: sed quanto maiores vires, tanto mors vicinior. Auertat ergo Deus ab imitatione nostra fortes istos. Timendum est enim ne eos quisque velim imitari. **D**octor autem humilitatis, particeps nostræ infirmitatis, donans participatione suæ diuinitatis, ad hoc descendens vt viam doceret, & via fieret, maxime suam humilitatem nobis commendare dignatus est: & ideo à seruo baptizari non de dignatus est, vt nos doceret cõfiteri peccata nostra, & infirmari vt fortes simus, habere potius Apostoli vocem dicetis, **Q**uando infirmos, tunc potens sum. **Q**uomodo ergo noluit esse fortis? **I**sti autem, qui fortes esse voluerunt, id est, qui de sua virtute præsumere voluerunt tanquam iusti; offenderunt in lapidem offensionis. **A**udi fortes istos. Cùm quidam Hierosolymitæ dicerent, missi ab eis ad apprehendendum Christum; & non audentes apprehendere: (quia quando voluit, tunc apprehensus est, qui verè fortis erat:) **Q**uare ergo, inquit, non cum potuisset apprehendere? **E**t responderunt, **N**emo vnquam hominum sic locutus est sicut ille. **E**t illi fortes, Nuncquid aliquis

Rohm. 5.

Math. 9.

Marc. 3.

Math. 3.

1. Cor. 12.

Rom. 9.

Ioan. 7.

aliquis Pharizæorum in illum credidit; aut aliquis Scribarum, illi populus iste nesciens legem? **P**ræpostulerunt se turbæ infirmæ ad medicum currenti. **V**ade, nisi quia ipsi fortes erant, & fortitudine sua, quod est grauius, omnem etiam turbam in se induxerunt, & medicum omnino occiderunt? **S**ed & ille, cõ hoc occisus est, de sanguine suo medicamentum fecit ægro. **H**os maxime fortes aduerte; & vide vtrum de illa re præsumendum sit homini, quando nec de iustitia præsumendum est. **N**on vide vbi iaceant præfumentes de diuitiis, de viribus corporis, de nobilitate generis, de dignitate sæculi, si qui de ipsa iustitia tanquam de sua præsumpserit, cadit. **E**x illis fortibus istis ille, vires suas iactans: **G**ratias tibi, inquit, ago, quia non sicut ceteri hominum, iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste. **I**eiunio bis in sabbato, decimas de omnium rebus possideo. **V**ide fortem iactantem vires suas: contra, vtrum longe stantem infirmum attende, & per ipsam humilitatem propinquantem: **P**ublicanus autem, inquit, de longinquo stantem, & nec oculos suos audebat in cælum leuare; sed percutiebat pectus suum, dicens, **D**eus propitius esto mihi peccatori. **M**en dico vobis; descendit iustificatus publicanus ille magis quam ille Pharizæus. **E**t vide iustitiam. **Q**uia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Luc. 18.

CAP. XXXVIII.

Epilogus præcedentium.

Ergo qui vult fortis esse; velut præsumens de se, & iactans merita sua, qualiacumque illa sint; erit similis Pharizæo illi, qui quod à Deo se dicebat accepisse, superbe tamen iactabat: **G**ratias, inquit, tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines. **A**ttende quale genus superbiæ commendet Deus. **V**erè quale potest subintrare iusto homini; quale potest subrepere in spei. **V**erè gratias ago tibi, dicebat. **E**rgo cùm dicebat, gratias tibi; fatebatur ab illo se accepisse, quod habebat. **Q**uid enim habes, quod non accepisti? **V**nde ergo superbus? **N**on quia de bonis suis Deo gratias agebat: sed quia super alterum de ipsiis bonis extollebat. **H**inc ergo superbus, vnde fortis: quidam fortes esse dicuntur omnes superbi: infirmi, humiles. **I**deo vicerunt multi ab Oriente & Occidente venientes, vt cumbant cū Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum.

1 In Psal. 54.
Enar. 1. pol.
initium.

Lucæ 18.

1. Cor. 4.

2 In Psal. 38.
Ultra medium
Matth. 9.

Quare vicerunt? Quia fortes esse noluerunt. Quid est, forte esse noluerunt? De se præsumere timuerunt. Iustitiam suam non constituerunt, vt iustitiæ Dei subiicerentur. Denique quando dixit Dominus hoc, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum; dixit etiam, Filij autem regni, id est, Iudæi, ignorantes iustitiam Dei & suam volentes statueret, ibunt in tenebras exteriores. Recordemur fidem illam Centurionis vnus est populo gentium, ita in se infirmi, ita nõ fortis, vt diceret, Non sum dignus vt sub tectum meum intres. Non erat dignus, vt Christum domo reciperet, & iam corde receperat. Etenim magister ille humilitatis filius hominis, iam inuenerat in eius pectore, vbi caput reclinarat. Ad hoc verbum Centurionis Dominus respiciens, ad se sequentes dixit, Amen dico vobis, in nullo inueni tantam fidem in Israel. Hunc infirmum inuenit; Israelitas fortes inuenit: vt inter vtrisque diceret, Non est opus medicus sanis, sed male habentibus. Propter hoc ergo, id est, propter hanc humilitatem, multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum: filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Ecce mortalises, ecce carnem putrescentem portas, & sicut vnus (vt inquit scriptura) ex principibus cades. Sicut homines morieris: & cades sicut diabolus. Quid tibi prodest medicina mortalitatis? Superbus diabolus tanquam angelus, non habet carnem mortalem: tu autem qui accepisti mortalem carnem, & nec hoc tibi prodest, vt tanta infirmitate humilieris; sicut vnus ex principibus cades. Ipsa est ergo gratia beneficij Dei prima, redigere nos ad confessionem infirmitatis; vt quicquid boni possumus, quicquid potentes sumus; in illo simus, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Quando infirmor, inquit, tunc potens sum.

CAP. XXXIX.

Fortitudo, qua tribuitur dilectioni commendatur cum dicitur, Fortis est sicut mors dilectio.

IAm, quia satis tractatum est de mala fortitudine, qua merito improbari debet: dicendum etiam est aliquid de quadam fortitudine bona. qua plurimum: o nomine commendatur quod in sacra Scriptura dilectioni attribuitur: a inueniatur. Sic enim in Cantico canticorum de illa scriptum legitur: fortis est, sicut mors dilectio. Magna

ignum reuera verbum, Fortis est sicut mors dilectio. Quomodo enim mortis, quando ipsa venit; quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis ei occurras; violentiam vitare non potes, quia mortalis natus es: sic contra violentiam charitatis mandus nihil potest. A contrario enim similitudo data est de morte. Quomodo enim mors ad auferendum violentissima est, sic charitas violentissima est, ad saluandum. Per charitatem enim multi mortui sunt sæculo, vt vinceret Deo. Hac charitate non timens martyr, nõ simulati, nõ vana gloria ventilati, nõ tales, quibus dictum est, Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: sed tales, quos et Christi & veritatis charitas perduceret ad passionem. Quid fecerunt tentationes sæuientiũ? Maiorem fortẽ violentiam habuerunt oculi stentium suorum; quã persecutiones inferentium. Quã multos enim tenebant filij ne pateretur? Quã multorum genibus prouoluebantur vxores, ne viduæ inquerentur; quã multos parentes filij prohibebant mori; quã nouimus & legitimus in passione beatæ Perpetuæ? Facta est ista. Sed lachrymæ quantalibet, & quantolibet impetuerent, quomodo fortitudinẽ charitatis superarent? Dilectio fortis res est. *2. Vis denique & aliser videre* quã sit fortitudo dilectio? Quisquis per aliquã necessitatem non potest immo quod iubet Deus; amet illum qui implet; & in illo implet. Verbi gratia: vxorem habet, quam dimittere non potest, potest vt obtemperet Apostolo dicenti, Vxori vir debitum reddat: & Alligatus es vxori, ne quæsieris solutionem. Venit mentem, quia melior est vita illa, de qua dicit idem Apostolus, Vellem omnes homines esse sicut meipsum. Attendite qui hoc fecerunt; amat eos, & in ipsi implet quod in se non potest. Fortis ergo res est dilectio. Ipsa est virtus nostra, quia si in illa non fuerimus, nihil prodest, quicquid aliud habuerimus. Magnificentius autem exprimi non potuit fortitudo charitatis, quã *vt Spiritus sanctus* diceret, Valida est mors dilectio. Quis enim resistit morti? Resistitur igni, vndis, ferro; resistitur potestariibus; resistitur regibus: vna mors; quis ei resistit? Nihil est illa fortius. Propterea virtus viribus eius charitas comparata est, & dictum est, Valida est mors dilectio. Et quia & ipsa charitas occidit quod amamus, vt simus quod non eramus; facit in nobis quandam mortẽ dilectio. Ipsa morte mortuus erat qui dicebat, Mandus

In Psal. 47. *Prope athenas*
1. Cor. 13.
In Psal. 118. *ante finem.*
1. Cor. 7.
Ibidem inf.

Rom. 10.
Matth. 8.
Luc 9.
Matth. 8.
Ibidem 9.
Psalm. 37.
1 Cor. 7.
2 Cor. 13.

Cant. 8.

Galar. 6.

470 DE CHRISTO ET ECCLESIA

mihî crucifixus est, & ego mundo. Ipsa morte mortui erant quibus *idem* dicebat, Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in Deo. Ergo *meritò* dicta est dilectio fortis sicut mors: siue, quia nemo eam vincit, sicut nec mortem: siue, quia in hac vita vsque ad mortem est mensura charitatis: sicut Dominus ait, Maiorem hac charitatem nemo habebit quàm vt animam suam ponat pro amicis suis: siue potius, quia sicut mors sua tyrannide animam auellit à sensibus carnis: sic eandem auellit chasitas suo dominio ab operibus iniquitatis, & à concupiscentiis carnalibus. Quanto enim magis regnat in vnoquoque Dei charitas, tanto minus ei dominatur iniquitas: tantoq; magis procurat & fatigat, vt alterius, quem nondum in charitate fundatum & fortiter radicatum videt, sanetur infirmus. Quæ affectio, & sollicitudo, & actio vtrique propria & præcipua illius charitatis est, quam iam ex ipsa scriptura fortiter esse demonstrauimus.

CAP. XL.

Quid efficiat in hominibus fortis dilectio.

Propter quod etiã dicitur proficientibus bonis, & ex fide, quæ per dilectionem talem operatur, in hac peregrinatione spiritualiter viuentibus: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Item alibi eis dicitur: Corripite inquieros, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alteri cui reddat. Item alio loco: Si præoccupatus fuit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu manufactuinus, intendens teipsum, ne & tu teneris. Et alibi: Sol non occidat super iracundiam vestram. Et in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Item de peccatis, in quibus multorum cauetur offensio, sic Apostolus dicit: Peccâtes coram omnibus argue, & cæteri timorem habeant. Propter hoc & de venia inuicem danda, multa præcipiuntur. Et magna cura propter tenendam pacem, sine qua nemo poterit videre Deum: vbi ille terror est, quando iubetur seruus decem milium talentorum reddere debita, quæ illi fuerant relaxata: quoniam debitum denariorum centum conseruo suo non relaxauit. Quia similitudine propofita, Dominus Iesus adiecit atque ait: Sic & vobis faciet Pater vester cælestis, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo, de cordibus

vestris. Hoc modo curantur ciues ciuitatis Dei, in terrena ciuitate peregrinantes, & paci supernæ patriæ suscipiantes. Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus, vt vana aliquid medicina hac charitatis quæ adhibetur extrinsecus, loquatur, etiam si Deus ipse vtens creatura sibi subdita, in alia specie humana, sensus alloqueretur humanos, siue istos corporis, siue illos, quos istis simillimos habemus in somnis: vt interiore gratia mentem regat atque agat; nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis Dei, omnis correptio infirmitatis sua. Facit autem hoc Deus, à vasis misericordiæ, ita vasa terneus, dispensatione, quam ipse nouit, multum occultat, et tamen iusta. Ipso quippe adiuuante mirabilibus atque laudabilibus modis, cum peccatù, quod habitat in membris nostris, quod potius iam pœna peccati est, sicut Apostolus præcipit, Rom. 6. non regnat in nostro mortali corpore ad obediendum deside- rans eius; nec ei membra nostra velut iniquitatis arma exhibentur: conuertitur homo ad mentem non sibi ad mala Deo reate cõsentientem: & eam regentẽ tranquillius nunc, habebit ista sanitate & charitate perfecta, atque in mortalitate perpetua, sine villo peccato in æterna pace regnantem.

CAP. XLI.

Spiritualis qua potissimum ratione sit commendandus; & quo affectu probetur erga proximum.

Nihil ergo sic probat spiritalem, & fortem in charitate, Tom. 4. lib. expof. epist. ad Galat. ca. 6. virum, quàm peccati alteri tractatio, cum liberationem eius potius, quàm insultationem; potiusq; auxilia quàm conuita meditaris; & quantum facultas tribuitur, suscipit. Ideo ad Galatas ita dicit Apostolus: Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi. Deinde ne sibi quisque videatur instruerẽ, cum proteruẽ exagitat, irridetq; peccatẽ, aut superbe inquam insanabilem detestatur, In spiritu, inquit, manufactuinus, intendens teipsum, ne & tu teneris. Nihil enim ad misericordiam sic inclinat, quàm proprii periculi cogitatio. Ita nec deesse voluit fratrum correptioni; nec studere certantini. Multi enim homines, cum à somno excirantur, litigare volunt: aut rursus dormire, cum litigare prohibentur. Pax igitur & dilectio, & communis periculi cogitatio in corde referretur

Coloff. 3.
4. To. 1. epist.
19. ad Hieron.
Iean. 15.
5 In Psal. 118.
conc. 17.
1 To. 5. lib. 15.
de ci. Dei. ca. 6
1 Theff. 5.
Galat. 6.
1 Phef. 4.
Matth. 18.
1 Timoth. 5.
Hebr. 12.
Matth. 18.

2 Tim. 1.

2 Tim. 4.

uetur: modus autem sermonis, siue acrius siue blandius profertur, sicut salus eius quem corrigis, postulare videtur; modo derandum est. Nam & alio loco dicit *Apostolus*, Seruum autem Domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem. Et ne quisquam ex eo putet cessandum sibi esse à correptione erroris alterius, vide quid adiungat. In modestia, quomodo corripientem, nisi cum lenitate corde retinemus, & aliquam medicamenti acrimoniam verbo correptionis aspergimus? Nec aliter accipiendum video, quod in eadem epistola positum est, Prædica verbum, in ista opportune importune, argue, hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina. Importunitas enim opportunitati utique contraria est: neque omnino vllum medicamentum sanat, nisi quod opportune adhibueris. Quanquam ergo & sic possit distinguere, In ista opportune, vt alius sit sensus, Importune argue deinde cetera contendantur, hortare, increpa, cum omni longanimitate & doctrina. Vt tunc opportunus sentiaris, cum instas ædificando: cum autem destruis arguendo, non cures etiam si importunus videaris. Tamen etiam in illo vltiore modo distinguatur; In ista opportune; quod si hoc modo non proficis, importune: ita intelligendum est, vt tu opportunitatem omnino non deseras, & sic accipias, quod dictum est, Importune, vt illi videaris importunus, qui non liberet audit quæ dicuntur in eum: tu tamen scias hoc illi esse opportunum, & dilectionem curamque sanitaris eius, animo teneas mansueti, & modesto, & fraterno. Multi enim postea cogitantes quæ audierint, & quam iuste audierint, ipsi se grauius & seuerius arguerunt: & quamuis perturbatiores à medico viderentur abscedere, paulatim verbi vigore in medullas penetrante, sanati sunt: quod non fieret, si semper spectarem periclitantem putrescentibus membris, quando vri liberet, aut secari. Quod nec ipsi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quotus enim quisque reperitur, qui ferræ eorum aut ignem non ligatus expertus sit, cum & illi rariores sint, qui volentes ligati fuerint: Plures enim resistentes, & mori se malle clamantes, quam illo curari modo, vix lingua ipsa eorum relicta libera, omnibus membris constringerunt, neque ad suum, neque ad reluctantis, sed ad ipsius artis arbitrium: quorum tamen vocibus, conuulsisque dolentium, nec commouetur curantis animus;

que scit manus. Medicinæ autem cælestis ministri, aut per aliorum iram cernere stipulam in oculo fratris volunt; aut liberabilius mortem videre peccantis, quam verbū indignum audire. Quod non ita accideret, si tam sanum animum curando alterius animo adhiberemus, quam sanis manibus illi medici aliena membra pertractant. Nunquam itaque alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negotium, nisi cum interrogationibus examinantibus nostram conscientiam, liquidò nobis coram Deo responderimus, dilectione nos facere. Quod conuictum, vel innox, vel etiam persecutione eius quem ardeas, lacerauerint animum, si adhuc ille per te sanari possit dabitur, nihil respondeas, donec saneris prior; ne forte carolibus motibus tuis ad nocendum consentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato, ad reddendum malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Quicquid enim lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corripientis. Dilige, & dic quod voles; nullo modo maledictum erit, quod specie maledicti sonuerit, si memineris, senserisque in gladio verbi Dei, liberatore hominis esse velle ab oblatione vitiorum. Quod si forte, (vt plerumque accidit) dilectione quidem talem suscipis actionem, & ad eam corde dilectionis accedis; sed inter agendum surreperit aliquid, dum tibi resistitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo, & ipsi homini faciat insectum: postea te lachrymis lauante humilimodi puluerem, multo salubrius meminisse oportebit, quam non debeamus super aliorum superbie peccata, quando ipsa eorum obiurgatione peccamus, cum facilius nos ira peccatis iratos, quam misericordia misericos faciat. *Et ob id merito pergit monere Apostolus, dicens:* Alter alterius onera portate, Galat. 6. & sic adimplebitis legem Christi; legem utique charitatis. Si autem implet legem, qui diligit proximum, dilectione proximi etiam in veteribus scripturis maximè commendatur; in qua dilectione, dicit alio loco idem Apostolus, recapitulari Rom. 13. omnia mandata legis: manifestum est etiam illam scripturam, quæ priori populo data est, legem Christi esse, quam venit implere charitate, quæ nõ impletur timore. Eadem igitur Scriptura, & idem mādaturum, cum bonis terrenis inhiantes premittimus; testamentum vetus: cum in bona æterna erigit liberos; testamentum nouum vocatur.

Math. 7.

Nota.

Galat. 6.

Rom. 13.

ncc

*Quomodo alter alterius onera portare debeamus,
ostenditur ceruorum exemplo.*

Quia verò veteris testamenti custodia timorem habebat: non potuit apertius significari noui testamenti donum esse charitatem, quam hoc loco, vbi Apostolus dicit, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hanc enim Christi legem dicere intelligitur; quia ipse Dominus præcipit, vt nos inuicem diligamus: tantum in ea sententia præcepti pondus constituitur, vt diceret, In hoc cognoscitur quoniam discipuli mei estis, si vos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officium est, inuicem onera nostra portare. Sed hoc officium, quod sempiternum non est, perducet sanè ad beatitudinem æternam, in qua nulla erunt onera, quæ inuicem portare iubeamur. Nunc verò cum in hac vita, id est, in hac via sumus, onera inuicem nostra portemus, vt ad eam vitam, quæ caret omni onere, peruenire possimus. Sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt, passuarum gratia, sic se ordinant, vt onera capitum suorum, quæ gestant in cornibus, super inuicem portent: ita vt posterior super anteriorem, ceruice proiecta, caput collocet. Et quia necesse est vnum esse, qui cæteros præcedens, non ante se habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur: vt lassatus sui capitis onere, ille qui præcedit, post omnes recedat, & ei succedat, cuius ferebat caput, cum ipse præiret. Ita inuicem onera sua portant, fretum transeunt, donec veniant ad terræ stabilitatem. Istam fortasse ceruorum naturam intenderat Salomon cum ait, Ceruus amicitiam, & pullus gratiarum tuarum colloquantur tecum. Nihil enim sic probat amicam, quemadmodum oneris amici portatio. Nec tamen inuicem onera nostra portaremus, si vnum tempus esset infirmitatis amborum, qui onera sua sustinent, aut vnum infirmitatis genus: sed diuersa tempora, & diuersa genera infirmitatis faciunt vt onera nostra inuicem portare valeamus. Verbi gratia: Iram fratris tui tunc portabis, cum tu aduersus eum non irasceris: vt rursus eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sua supportet. Hoc exemplum ad id pertinet, cum diuersa sunt tempora portantium onera sua, quamuis ipsa diuersa non sit infirmitas. In ambobus enim ab inuicem

1. Tom. 4. li. 8. I
quæstionum;
quæst. 71.
Galat. 6.

Joan. 13.

Nota.

Prou. 1.
Secundum
aliam interpret.

inuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum videndum est. Veluti si quis loquacitatem in se vicerit, & pertinaciam nondum vicerit: alius verò adhuc loquax sit, sed iam pertinax non sit; debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in illo sanetur, charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus, si vno accidat tempore, tolerare se inuicem non valent, nisi aduersum se intenditur. Nam aduersus aliquem tertium & duo irari sibi conueniunt, & se tolerant: quanquam nec tolerare se inuicem dicendi sunt, sed potius se inuicem consolari; sicut & tristes de re vna magis se portant, & quasi incumbunt sibi, quam si vnus tristes esset, & alius gauderet. Si autem aduersus se tristes sint, profus se tolerare non possunt. Et ideo in huiusmodi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa ægritudo, de qua vis alium, per te, liberari, & sic suscipienda, vt ad auxilium, non ad æqualitatem miseria valeat. Quemadmodum se inclinat, qui manum iacenti porrigit. Non enim se proicit, vt ambo iaceant; sed incurat tantum, vt iacentem erigat. Neque vlla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum, facit libenter impendi, nisi cum cogitamus, quanta pro nobis pertulerit Dominus: & vt quemadmodum ille in eo, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata nostra suscepit; non attendit sua, sed nostra: ita & nos libenter ad eius imitationem, inuicem onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio, quia ille suscepit hominem, nos autem homines sumus: & considerare debemus, quòd ægritudinem, siue animæ, siue corporis, quam in alio homine videmus, etiam nos habere potuimus, aut possumus. Hoc ergo exhibeamus illi; cuius infirmitatem portare volumus, quòd ab illo nobis vellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, & ipse non esset. Ad hoc pertinet, quod ipse Apostolus ait, Omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem. Omnibus omnia factus est, cogitando scilicet etiam in eo vitio se esse potuisse, vnde cupiebat alium liberari. Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquod bonum, quod tu nondum habes, etiam si lateat; in quo sine dubio possit te esse superior. Quæ cogitatio ad confundendam edomandamque superbiam valet, ne arbitreris quoniam tua bona quidem emittent, & apparent; ideo alterum nulla habere, quæ lateant, & fortassis

Nota.

2. Ibidem inf.

Joan. 6.

1. Corint. 9.

Philip. 2.

fortassis maioris ponderis bona, quibus te superat nescientes. Non enim fallit nos, aut adulatione potius vti Apostolus iuberet, cum dicit, Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; sed in humilitate mentis, alter alterum existimantes superiorem sibi. Ista cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem, non solum æquo animo, sed etiam libentissimè sustineri.

CAPVT XLIII.

Quomodo sit intelligendum, quod vnusquisque onus suum portabit, cum dicat etiam Apostolus, Alter alterius onera portate.

Ipsa est ergo lex Christi, vt inuicem onera portemus. Christum autem diligendo, facillè sustinemus infirmitatem alterius; etiam quem nondum propter bona sua diligimus. Cogitamus enim quia ille, quem diligimus, Dominus, propter eum mortuus sit. Quam charitatè Apostolus Paulus nobis ingessit, cum diceret, Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est; vt si illum infirmum propter vitium, quo infirmus est, minus diligimus; in eo Christum consideremus, qui mortuus est propter illum. Christum autem non diligere, non infirmus, sed mors est. Quapropter ingenti cura, & implorata Dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus, propter infirmum; cum infirmum debeamus diligere propter Christum. Omnes enim nos per Apostolum admonuit veritas, vt inuicem onera nostra portemus; & in eo ipso quo nos admonet vt inuicem onera nostra portemus, quo fructu id faciamus, ostendit: adiungens enim dicit, Et sic adimplebitis legem Christi. Quæ non implebitur, nisi inuicem onera nostra portemus. Quæ autem sint onera ista, & quemadmodum portanda sint, quoniam quidem omnes pro nostris viribus conari debemus implere legem Christi, adiuuante Domino, conabor ostendere. Est illic questio, quæ nos cogit onera distinguere; & in ipso quippe capitulo lectionis habemus ibi positum, Vnusquisque autè proprium onus portabit. Iam ergo occurrit sensibus nostris, Si vnusquisque proprium onus portabit; quomodo dicit, Inuicem onera vestra portate, nisi quia onera distinguenda sunt, ne sibi coneraria loqui putetur Apostolus? Non enim longè, non enim in alia

2 To 10. Ser. 22. de ver. Apost.

3 Ibidem inf.

Galat. 6.

titola, non enim in hac ipsa longè superius aut inferius: sed de ipso loco, ita vt sibi sint eadem verba contigua, vtrumque dicit; & quia vnusquisque proprium onus portabit, & quod monuit & hortatus est, vt inuicem onera nostra portemus. Quia ergo sunt onera, in quibus vnusquisque proprium portat, & portat cum alio alter, nec proiicit in alterum: & alia sunt onera, in quibus rectè dicit fratri, Porto tecum, aut, Porto pro. Contra eos ergo qui putabant posse hincinam contaminari peccatis alienis, respondit Apostolus, Vnusquisque onus proprium portabit. Ita contra eos, quibus per hoc possit negligenter subintrare, vt quasi securi facti, quod non contaminarentur peccatis alienis, neminem curarent corrigere; inuicem onera ista portare breuiter dictum, breuiterque distinctum est.

4 To 4. lib. 2. de Consensu Euang. ca. 30.

4 nifi oneris nomen hoc modo: ubi diuersis significationibus acceptis; proculdubio putabis eundem sibi in loquendo esse contrarium, & hoc in vna sententia tam vicinè positis verbis. Sed alia sunt onera participanda infirmitatis: alia reddenda Deo de actibus nostris. Illa cum fratribus sustinenda communicantur; hæc propria ab vnoquoque portantur. Prodeunt qui portant inuicem onera sua, nisi qui habeat charitatem. Qui non habent charitatem, graues sunt sibi: qui autem habent charitatem, portant se. Lætit te aliquis, peccet veniam. Non dimittis, non portas onus fratris tui: si dimittis, portas infirmum. Et tu si forte in aliquam infirmitatem incideris, tuus homo; oportet vt sic te porcet & ille, que madmodum & tu. Audi quid ibi præcellerit. Frater, inquit, si præoccupatus fuerit homo in aliquo de iecto, vos qui spirituales estis, instruite eiusmodi in spiritu lenitatis. Et ne forte, quia spirituales moreratur, velut securi sibi videretur: continuo subiecit, Intendens ipsum, ne & tu teneris. Deinde quod commemorauit, subiicit, Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi. Lex ergo Christi charitas est; nec charitas impletur, nisi inuicem onera nostra portemus. Sufferentes, inquit, inuicem in dilectione: studentes seruare vnitatem spiritus in vinctulo pacis. Cum esses languidus; portabat te proximus tuus: tu factus es, porta tu proximo tuum. Quomodo portabo charitatem flagrantius? Itaque charitas portat onera; sed non onerat, ne prematur talibus oneribus: ne peccatis suis vnusquisque prematur, attendat. Nam quando portas infirmitatem fratris tui, non te onerant peccata ipsius. Plane si consentias,

4 To 4. lib. 2. de Consensu Euang. ca. 30.

5 In Psal. 119. ante medium.

Galat. 6.

6 To 9. Tract. 17 in Ioan. Ephes. 4. Coloss. 3.

7 In Psal. 119. vt supra.

iam tuæ te premunt, non alterius; tuum fit peccatum; & non est quare queraris, quòd peccata aliena te premant. Dicitur enim tibi, Premunt te, sed tua. Vidisti furem, cucurristi cū eò. Quid est hoc? Pedibus ambulasti ad furtum, imò mente coniunxisti te furto. Quod ipsum solum eras, factum est & tuum, quia placuit tibi. Si autem displicerit tibi, & oraueris pro eo, & deprecatus, si te offendit, veniam dederis, ut possis libera fronte dicere in precibus tuis, quas tibi iuris precibus cælestis dictauit. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: didicisti portare onera fratris tui, ut & alius portet, si qua sunt tua; & fiat in vobis quod ait Apostolus, Inuicem onera vestra portate: & sic adimplebitis legem Christi.

CAP. XLIIII.

Lex Christi de dilectione, etiam se extendit ad inimicos, quos vult ut nos portemus, qui membra Corporis eius sumus.

Sed nunquid ita lex Christi se solum extendit ad eos qui vel fidei, vel familiae, vel sanguinis, vel societatis humanae, certa nobis ratione coniuncti sunt? Nonne & haereticos & infideles Iudaeos & Barbaros, & ipsos adeo inimicos habemus si quos habemus, complectitur? Quis enim noster est proximus, quem inuenerit secus seipsum diligere, nisi omnis homo, qui nobiscum ex Adam & Eva natus est? Ergo in differenter illa lex Christi extendit se ad quoscunque; non solum ad amicos, verum etiam ad inimicos. Quod si quis secus vellet sentire, erraret graviter: & suo errore, quantum in se esset, infringeret preceptum Domini, dicentis, Diligite inimicos vestros: & doctrinam Apostoli repudiaret, quam Romanis tradidit, ita scribens: Si esuriieris inimicus tuus, cibum illum: si sitis, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Nequaquam igitur regalem hanc legem quis adimpleuisse se credat, nisi dilexerit & inimicos: & quidem sic eos dilexerit, ut potius grauissima quaque, vel ab eis, vel propter eos pati paratus sit, quam aliquid committere, quo obstanti, hoc preceptum Domini perscrutare non possit. Charitas enim non assuevit attendere, à quo quid ferendum sit: sed qua intentione, & quo fructu: Propter quem quid sit ferendum, matura deliberatione examinat. Sicut ergo in superioribus latius quidem, sed tamen particulatim docuimus, ad virum spiritalem proprie & maxime pertinere, infirmorum fratrum peccata leniter tractare &

quare (quod Apostolus dicit, Onera portare.) ita deinceps generaliter & breuiter declarabimus, quomodo spectet ad vniuersum Christi Corpus, etiam quorumbet malorum & inimicorum onera perferre onera; hoc est, illos ipsos, quos iubetur diligere. Proinde, quod in Psalmo quasi per quandam querelam dictum est, Quousque irruis in hominem, interficis vniuersi vos: potest in primis applicari. Nam in alia translatione versus istius, quae sic legitur, Quousque apponitis super hominem? interficite omnes: euidenter significantur quorundam onera malorum; insulantium scilicet, opprobria iactantium, insidiantium, persequentium, ac demum occidentium: quae onera quasi cateruatis socii videtur hinc inde in istum hominem, vsque ad extremum illi proferenda. Caterum quod tantum spatium corporis in vno homine, ut possit interfici ab omnibus? Sed debemus sic intelligere personam nostram, personam Ecclesiae nostrae, personam corporis Christi. Vnus enim homo est cum Capite & Corpore suo Iesus Christus, saluator Corporis, & membrorum Corporis: duo in carne vna, & in voce vna, & in passione vna; & cum transierit iniquitas, in requie vna. Passiones itaque Christi, non in solo Christo: imò passiones Christi non solum in Christo. Si enim Christum intelligas Caput & Corpus; passiones Christi non in solo Christo. Si enim passiones Christi in solo Christo; imò in solo Capite: vnde dicit quoddam membrum eius Paulus Apostolus, Ut suppleam, quae desunt prestaturam Christi in carne mea? Si ergo in membris Christi es, quicunque homo, quisquis hæc audis, quisquis hæc non audis: (sed tamen audis, si in membris Christi es:) quicquid veritas & pateris ab inimico, & ab iis, qui non sunt in membris Christi; deat passionibus Christi. Ideo additur, quia deerat; mensuram implens, non superfundens. Tantum ergo pateris, & tantum portas, quantum ex passionibus suis inferendum deat vniuersæ passioni Christi, qui passus est in Capite nostro, & paratur in membris suis, id est, in nobis ipsis ad communem hanc quasi rem publicam. Nam quisque pro modulo nostro colimus quod debemus: & pro posse viri nostrarum, quasi quoniam passionum inferimus, paratoria plenaria: passionum omnium non erit finis, nisi cum sæculum finitum fuerit. Quousque ergo, o homines, onera vestra apponitis super hominem? quousque interficis? & à quo tempore interficere coepistis? Nonne ab initio sæculi? Proinde quicquid passi sunt Prophetae à sanguine

Linguae Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariae, appositum est super hunc hominem: quia praecesserunt aduentum incarnationis Christi, quaedam membra Christi: sicut in nascendo quodam, nondum quidem procedente capite, praecessit manus; sed tamen capiti connectebatur & manus. Noli ergo putare, omnes iustos qui passi sunt persecutionem impiorum; etiam illos qui venerunt missi ante Domini aduentum, praenunciare Domini aduentum; non pertinuisse ad membra Christi. Absit enim vt non pertineat ad membra Christi, qui pertinet ad ciuitatem, quae regem habet Christum. ² Iple rex ergo ante aduentum incarnationis suae praemisit quaedam membra sua, post quae praenunciantia se venturū, venit & ipse: & connexus eis, refert similitudinem nascētis illius: quia manus ante caput procedens, & cum capite est, & sub capite. *Quare & praedicta verba,* ³ tota illa ciuitas loquitur, *quae Christum regem habet,* à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariae. Inde & deinceps à sanguine Iohannis, per sanguinem Apostolorum, per sanguinem martyrum, per sanguinem fidelium Christi; vna ciuitas loquitur, *unum corpus clamat,* vnus homo dicit, *Quos vsque apponitis super hominem: quamdiu portabo vos?*

CAP. XLV.

Ecclesia in dorso suo quomodo portet malos: & quam longē hi separati sint à bonis.

Hic perimere videtur & illud, quod in alio Psalmo dicitur, *Saepe expugnaverunt me à iuuentute mea. Nunquid ergo modo solim ex quo enumerat, ex quo commemorat? Saepe, inquit, & quidem à iuuentute mea, expugnaverūt me.* Ideo ne modo quiquam miretur in Ecclesia, vultus esse membrum bonum Ecclesiae, quod malos, quos non generat, Ecclesia portat: audiatur & ipsam Ecclesiam, matrem suam, dicentem sibi, Noli mirari ad ista, fili: Saepe expugnaverunt me à iuuentute mea. Videtur enim respondisse. Quibus? Cogitantibus & dicentibus, Quanta mala perferimus, quanta scandala crebrescunt quotidie, quando iniqui intrant in Ecclesiam; & portamus eos? Respondeat autem Ecclesia de quibusdam; id est, de fornicorum voce respondeat querelis infirmorum; & confirmet firmi infirmos, & grandes paruolos: & dicat Ecclesia, Saepe expugnaverunt me à iuuentute mea. Dicat illud, non timeat. *Quod enim*

num valet, quod, cum dixisset, Saepe expugnaverunt me, dixit, à iuuentute mea: *Quia iam modò Ecclesia senectus expugnatur.* Sed non timeat. Nunquid enim ideo non perueniat ad senectutem, quia non cessauerunt illi iniqui expugnando? Nunquid eam, *quam portando grauarunt,* delere poterunt? *Non enim, inquit, non poterunt mihi.* Quid est, Non poterunt mihi? Non illis consensit ad malum. Omnis enim malus ideo persequitur bonum, quia non illi consentit bonus ad malum. *Quid autem quid mali: nō obiurgat Episcopus, bonus est Episcopus: obiurgat Episcopus, malus est Episcopus.* Rapiat aliquid: *quid cui rapuit; bonus est.* Saltem loquatur & reprehendat, *quid non repetat; malus est.* Malus est qui reprehendit raptores: & bonus est, qui rapit? ² Sed cum clamaueris hoc, & dixeris *malis;* illi respondent: Si sic, non huc accedimus: si sic, non intramus in ipsam Ecclesiam. Veniant, intrent, audiant, saepe expugnaverunt me à iuuentute mea: etenim non poterunt mihi. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, & est, non poterunt agere, vt in peccatis eorum consentirem; & tunc quod portem.* Ergo, *inique,* quia non potuisti mihi, *stende in dorsum meum.* Portare te habeo, quousque veniat tibi. Sic enim mihi praecceptum est, vt fructum afferam cum tolerantia, & *supportem te in charitate.* Non te corripo; tolero: *aut fortè cum tolero te, corrigis te.* Si non te corrigis vsque in finem, tolero te vsque in finem: & vsque in finem super os meum eris, vsque ad tempus. Nunquid semper super os meum eris? Veniet enim qui inde te excutiat. Veniet tempus messis; veniet finis saeculi; immittet Deus messorum: *Matth. 13.* mellores autem angeli sunt. Separabunt malos de medio iustorum, sicut zizania à tritico: frumentum recondent in horreos, malas autem comburent igni inextinguibili. Portauit, quousque potuit iam gaudēs transeo in horreum Dei; & canto, Saepe expugnaverunt me à iuuentute. Quid enim mihi iniqui facere poterunt, quia expugnaverunt me à iuuentute mea? Expugnaverunt me, non opprēsserunt. Valuerunt mihi sicut ignis staurum: non sicut ignis ad saxum. Ignis enim accedens ad saxum, sordem tollit: accedens ad saxum, in cinerem vertit. Etenim non poterunt mihi, quia non consensit; quia non me fecerunt quales sunt ipsi: longe fecerunt à me iniustitiā suam. fecerunt quod tolerem; & non fecerunt cui consentirem. *Iam ergo iniustitia eorum longē est à me.* Sic Ecclesia. *Est verum esse*

² Ibidē infra.

³ Ibidem inf.

² Ibidem inf.

¹ In Psal. 138. in initio.

Matth. 13.

quod dicit, *scimus*. Etenim mali mixti sunt bonis, non solum in seculo: sed & in ipsa Ecclesia mali mixti sunt boni. Nosti & probasti, & magis probabis, si bonus fueris. Cum enim creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Nulli apparent mali in Ecclesia, nisi ei qui fuerit bonus. Nosti ergo quia mixti sunt: & semper & vbique dicit Scriptura, quia non separabuntur nisi in fine. Sed quomodo mixti sunt: sic & in iniuicem longè sunt. Ne quis ergo ex eo, quod in Ecclesia mali mixti sunt inter bonos, putare iniquitatem esse iuxta iustitiam, Non potuerant, inquit, mihi. Id est, fecerunt mihi peccatores, quod portare non cui committerem: & facta est iniquitas eorum longè à me. Quod enim tam prope, quam duo homines in vna Ecclesia? Quid tam longè, quam iniquitas & iustitia? Vbi est enim consensus, ibi propinquitas. Ligantur duo, & mituntur ad iudicem, latro & colligator: ille sceleratus, ille innocens: vna catena ligantur, & longè sunt à se. Quantum longè sunt à se? Quantum longè est scelus ab innocentia. Ecce isti longè sunt ab iniuicem. Alius latro in Hispania facit scelera: proximus est ei qui facit in Africa, vel in Brabàtia. Quantum proximus? Quantum sibi iunguntur scelus & scelus; quantum sibi iunguntur latrocinium & latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos sibi corpore malos. Longè ab illis sit cordes & securus portat, quod non timet.

CAP. XLVI.

Mali, quos portat Ecclesia, pertinent ad Antichristum: & quomodo contra hos sit orandum; & quomodo cauendū & corrigendi sint, ostenditur.

ERGO omnes istos malos, quos portat Ecclesia, tu quilibet in Scripturis, iuuenis maledictos, dehnatos ad Antichristum pertinere, ad diabolum pertinere, ad paicam pertinere, ad zizania pertinere. Et multa innumerabilia per similitudinem dicuntur de illis. Quia non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, ait Dominus, intabit in regnum caelorum. Nullam iuuenis scripturam, quae de illis bene loquatur: sed inuenis scripturas multas, quae docent quomodo contra illos bene oratur, ut, qui bonus est, ab eis liberetur. Talis est & Psalmus centesimus tricesimus nonus, in quo certissime Christus Corpus loquitur, & orat. Corpus eius vocem audi, & esto

in Corpore eius, ut vox eius tua fiat; & ora, & dic: Exime me Domine ab homine maligno. Non autem, qui sic precatur, ab uno se eximi vult, sed ab omni malorum genere: nec à vasis tantum, sed ab ipso principe, id est ab ipso diabolo. Quare enim ab homine, si à diabolo? Quia & ipse in figura homo dictus est. Venit inimicus homo, & supereminuit zizania. Ab isto ergo homine maligno, ora quantum potes, ut libereris. Quia non est tibi colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum, id est, rectores peccatorum. Quod quidem & nos fuimus. Nam audiuimus vocem Apostoli: Fuisisti aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. Iam ergo lux facti, non in nobis, sed in Domino; oremus non tantum coram tenebris, sed contra peccatores, quos adhuc diabolus possidet: sed etiam contra ipsum principem eorum, diabolum; qui operatur in filiis diffidentia. Sed quid orabimus contra peccatores? Attende Christi membrum, quid eius oret Corpus. Quid dicit: Exime me Domine, inquit, ab homine maligno: à viro iniusto erue me. Hoc est autem ab homine maligno, quod est à viro iniusto. Malignum enim ideo dixit, quia iniustum: ne forte aliquid iniustum bonum esse putes. Sunt enim multi iniusti, qui non nocentes; non sunt sceli, non sunt asperi, non sunt assequentes, & pressuras hominibus facientes: & sunt tamen iniusti. Sed vnde iniusti? Quia alio quodam modo: luxuriosi, inuosi, voluptatibus dediti. Quomodo nulli nocet, qui sibi non parci? Innocens enim ille est, qui non nocet: non autem qui sibi nocet. Tibi autem quomodo potest non nocere, qui sibi nocet? Sed respondes, In quo mihi nocet? Non enim inuit rem meam; aut appetiuit salutem meam: luxuria sua percipitur, suis voluptatibus delectatur. Sed si iniquitas habet, voluptates, ipse inuquinatur: mihi quid perinet, cui molestus non est? Nocet tibi saltem vel exemplo, quia viuunt tecum, & quod quid agat, inuitat. Nonne cum cum vides forte in illis modis prosperari, ducis talium delectatione factorum? Et non consentis, saltem inuenisti quod expugnes. Quomodo ergo tibi non nocebat, qui laboras vincere quod fecit in corde tuo? Malignus est ergo omnis iniustus, & necesse est nociosus sit; siue sit blandus, siue sit ferrox. Quisquis in illum incurrit, quisquis laqueis eius fuerit captus, inueniet quam iniuriosum, quod putabat lenem. Etenim & spinæ non pungunt

Vide in Psal. 55. à princip.

Ibidem inf. I

Matth. 7.

In Psal. 139. à initio.

Matth. 13.

Ephes. 6.

Ephes. 3.

Ibidem

in

h a in

484 DE CHRISTO ET ECCLESIA

in radicibus. Erue spinas de terra: correcta radices ipsarum & vide si sentis dolorem. Tamen illud vnde dolorem sentis in superficie, de illa radice processit. Itaque non tibi placeant homines quasi lenes & blandi, amatores tamen carnalium voluptatum, & inquinatarum cupiditatum sectatores non tibi placeant. Etsi adhuc videntur lenes, radices spinarum sunt. Nam talibus factis per luxuriam plerumque effundunt quod habebant. Et quomodo quarunt implere, quod effuderunt? Nunquid iam parcat rapinis & cogitationibus fraudum omnigenere malignitatis exquirende? Iam vides malum hominem, quem antea putabas lenem. Quando illum videbas inebriari bonus erat. Modò iam furem vides; latronem times. Processerunt spinæ de illis radicibus. Quando sentiebas lenes radices spinarum; tunc si posses, incenderes: & non esset vnde prodiret, quod te modò pungeret. Proinde, o membrum Christi, gemens inter tales malos quos portas; quando quoscumque vides procliuus ferri in malas libidines, & in perniciosas voluptates; tunc reprehende, & tunc castiga, tunc vix, si potes. Incenda ut radix, & non erit vnde spina procedat. Si autem non poteris; certus esto, quòd eos habebis inimicos. Tacere possunt, occultare inimicitias tuas possunt: amare te non possunt. Sed quoniam amare te non possunt, & necesse est vt qui te oderunt, mala tibi facere querant: non vacet lingua tua, & cor tuum dicere Deo; Exime me, Domine, ab homine maligno: a viro iniusto erue me: *Et quia ibidem sequuntur in eodem Psalmo.*

Psal. 139.

Ibidem in præfate.

CAP. XLVII.

Non mali, sed boni qui gemunt inter malos, ad Christi Corpus pertinent: in quibus malis odio habenda est malitia, diligenda natura.

Ibidem immetate in præfate.

Ius enim vox est in omni tali prophetia, tanquam illius inopis, id est, egentis, nondum satiati (cuius supra meminimus) esuriens & sitientis iustitiam, cui quædam saturitas promissa, in fine fruatur. Interim hic nunc sitiat & esuriat, gemat, & pulsset, & querat. Peregrinationis illecebris non delectetur; non putet patriam sæculum, vnde vt liberaretur, Christus aduenit. Quia Christus Caput nostrum esse voluit; Caput

scilicet cuiusdam Corporis. Non enim potest dici caput, vbi caput nullum est, cui sit caput. Proinde si Caput Christus; & cuius Corporis Caput est Christus. Corpus illius Capitis hæc Ecclesia est, in cuius nos membris sumus, si Caput nolum diligimus. Quia quisquis ibi non fuerit, in eis erit, inter quos illud corpus gemit. Proinde, aut in illo Corpore eris, vt eris inter malos: aut non eris in illo Corpore, & in eis eris, inter quos malos gemit Corpus, quod gemit inter malos. Ergo aut membrum Christi: aut hostis Corporis Christi. Nec inimici & aduersarij Corporis Christi vno modo intelliguntur: aut vno modo agunt. Versipellis est enim qui in eis agnat, & qui eis vitur canquã vas suis. Cæterj multi ab illo perantur, & ab Ecclesia manducantur, & in Corpus Christi infertur. Sed qui sunt, & quid futuri sint, nouit ille, qui illos demit sanguine suo, nescientes. Sunt autem quidam perferantes in malitia sua, ad Christi Corpus non pertinentes: & ibi non ei vtique, cui nihil ignotum est. Interim illi, qui iam impaginati sunt cum membris eius, nondum habètes resurrectionem futuram, in qua peribit omnis gemitus, & laus succedet; in qua omnis tribulatio morietur, & erit sine fine exultatio: nondum ergo habentes hoc in re, sed tamen tenentes in re, gemunt & desiderio quodam, & orant, & optant se liberari ab hominibus malis, inter quos necesse est viuere & bonis. Non enim separatio iam cuique tuta est. Illius enim erit separatio, qui non nouit errare. Quid est, qui non nouit errare? nec malum traiciat ad dexteram, nec bonum ad sinistram. Nos autè in hæc vita difficile est vt nos ipsos nouerimus: quantum minus debemus de quoquam præpropere ferre sententiam? Quia si hodie malum nouimus, cras qualis futurus sit, ignoramus. Et fortè quem vehementer odimus, frater noster est; & nescimus. Securi ergo odimus in malis malitiam: & diligimus naturã & creaturam: vt quod ibi fecit Deus, amemus; quod ibi fecit ipse homo, oderimus. Fecit enim Deus ipsum hominem: fecit autem homo peccatum. Dilige quod fecit Deus: odi, quod fecit homo. Sic enim persequeris, quod fecit homo, vt liberetur quod fecit Deus: & eris verum & iustum membrum illius Corporis, cuius Caput amamus, à quo tibi præceptum nobis est, vt & inimicos diligamus.

Ioannes Apostolus, etsi fraternam dilectionem in epistola sua quasi solam commendat, non tamen tacuit de dilectione inimici.

1 Fortassis autem mouerit aliquem, quare beatus Ioannes in epistola sua non commendauerit maximè, nisi fraternam charitatem. Qui diligit fratrem, dicit: & Præceptum nobis est datum, vt diligamus inuicem. Assidue nominauit charitatem fraternam: Dei autem charitatem, id est, qua debemus diligere Deum, non tam assidue nominauit: sed tamen non omnino tacuit. De inimici verò dilectione, prorsus tacuit prope per totam ipsam epistolam. Cum vehementer prædicet & commendat charitatem, non nobis dicit, vt diligamus inimicos: sed dicit nobis, vt fratres diligamus. Cum verò Euangelium legitur, audimus: Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Quid est igitur quod pro magno nobis ad perfectionem quandam fraternam dilectionem commendat Ioannes Apostolus? Dominus autem dicit nõ nobis sufficere vt fratres diligamus, sed debere nos extendere ipsam dilectionem, vt perueniamus ad inimicos? Qui vsque ad inimicos peruenit, non transiit fratres. Necessè est, sicut ignis, prius occupet proxima: & sic se in longinquiora distendat. Propinquior est tibi frater, quam nescio quis *alius* homo. Rursus tibi magis adhæret ille quem non noueras; qui tibi tamen non aduerfatur: quam inimicus, qui aduerfatur. Extende dilectionem in proximos: nec voces illam extensionem. Prope enim te diligis, qui eos diligis qui tibi adherent. Extende ad incognitos, qui tibi nihil mali fecerunt. Transcende & ipsos: perueni eò, vt diligas & inimicos. Hoc certè Dominus iubet. Quare verò Ioannes tacuit de dilectione inimici? Dico quod non tacuit: quia in eo etiam quod diligit fratres, diligit inimicos. Ne ergo putes illũ nihil de dilectione inimici præcepisse, qui de fraternâ charitate non tacuit. Fratres diligis. Quomodo, inquis, fratres diligo? Quæro quomodo diligas inimicum. Quare illum diligis? Vt sanus sit in hac vita. Quid si non illi expedit? Vt diues sit. Quid si ipsis diuitiis excæcabitur? Vt uxorem ducat. Quid si amaram vitam inde parietur? Vt filios habeat. Quid si mali erunt? Incerta sunt ergo ista, quæ videris optare inimico tuo; quia diligis eum;

1 To. 9. Tract. 8
In epist. Ioan.
post initium.

Math. 5.

1 Ibidè infra.

am: incerta sunt. Opta illi, vt habeat tecum vitam æternam: opta illi, vt sit frater tuus. Si ergo hoc optas, diligendo inimicũ, non sit frater tuus: & cũ diligis, fratrem diligis. Non enim amas in illo, quod est; sed quod vis, vt sit. *Vt tibi gratia:* Faber optimus nescit lignum non dolatum, de sylua præcisum: adamauit; nescio quid inde vult facere. Non enim ad hoc amauit, vt semper sic maneat. In arte vidit, quod futurum est, non in nemore quod est: & amauit quod inde facturus est, non illud quod est. Sic & nos Deus amauit peccatores. (nam *liberè* dicimus, quia Deus amauit peccatores.) Air enim, Nõ est opus sanis medicus, sed malè habentibus.) Nunquid ad hoc amauit peccatores, vt peccatores remaneamus? Quasi lignũ de sylua vidit nos faber; cogitauit adificium quoddam, quod inde facturus est; non alioam quod erat. Sic & tu respicis inimicum tuum aduerfentem, sentientem, mordentem verbis, exasperantem contumeliis, infectantem odiis: attendis ibi, quia homo est. Vides ista omnia, quæ aduersi sunt ab homine facta: & vides, in illo, quod deo factus est. Quod autè homo factus est, à Deo factus est. Quod autem te odit, ipse fecit: quod invidet, ipse fecit. Et quid dicis in animo tuo? Domine, propitius illi esto: dimitte illi peccata: incute illi timorem, muta illum. Non itaque amas in illo, quod est: sed quod vis, vt sit.

Ad quid diligendi sunt inimici, medicorum exemplo ostenditur.

1 Vapropter perfecta dilectio est in dilectione inimici: quæ perfecta dilectio est, & in dilectione fraternâ. Et nemo dicat, quia aliquid minus nos monuit Ioannes Apostolus: & plus nos monuit Dominus Christus. Ioannes nos monuit, vt fratres diligamus: Christus nos admonuit, vt etiam inimicos diligamus. Attende quare te monuit Christus, vt diligas inimicos. Nunquid vt semper remaneant inimici? Si ad hoc te monuit, vt inimici remaneant; odisti, non diligis. Attende quomodo ipse dilexit: id est, quia volebat, vt sic remanerent sui persecutores. Air: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quibus voluit ignosci: *vixitque* mutari illos voluit: quos voluit mutari, ex inimicis fratres facere dignatus est; & verè sic fecit. Occisus est, sepultus est, resurrexit, in cælum ascendit, spiritum sanctum misit discipulis: cœperunt in fiducia predicare nomen ipsius: miracula faciebant in nomine

Luc. 23.

Crucifixi & occisi. Viderunt *hoc* illi interfectores Domini: qui sanguinem eius sœuendo fuderant, credendo biberunt. Hæc dixi longiuscule; quia vehementius commendanda fuit charitati tuæ ipsa charitas. Si enim charitas nulla est in te; nihil diximus. Si autem est in te; tanquam oleum flammæ adiecimus. Ad hoc ergo ista diximus, ne piger sis diligere inimicos. Sæuit in te homo: ille sæuit; tu deprecare: ille odit; tu miserebere. Febris animæ ipseus te odit: sanus erit, & gratias tibi ager. Quomodo medici diligunt ægros? nunquid ægros diligunt? Si ægros diligunt; volunt ut semper ægrotent. Ad hoc diligunt ægros, ne ægroti permaneant: sed ut ex ægrotis sani fiant. Et quanta plerumque patiuntur à phreneticis? Quales contumelias verborum? Plerumque & percutiuntur. Persequitur ille febrem; ignoscit homini. Et quid dicam? amat inimicum suum? Imo odit inimicum suum. Morbum enim ipsius odit; & amat hominem, à quo percutitur. Odit febrem. A quo enim percutitur? A morbo, ab ægrotatione, à febre. Illud tollit, quod illi aduersatur; ut remaneat illud, vnde gratulatur. Sic & tu. Si odit te inimicus tuus, & iniuste te odit: noueris quia cupiditas sæculi in illo regnat; propterea te odit. Si odisti illum & tu: contra reddis malum pro malo. Quid facis reddere malum pro malo? Vnum ægrotum scilicet, qui te oderat: iam duos plango, si & tu odisti. Sed persequitur rem tuam: tollit tibi, nescio quæ, quæ habes in terra. Ideo illum odisti, quia angustias tibi facit in terra? Noli pati angustias; migra in cælum: sursum cor tibi habebis, vbi latitudo est, ut nullas angustias patiaris in spe vitæ æternæ. Attende quæ tibi tollit: nec ipsa tibi tolleret, nisi ille permitteret, qui flagellat omnem filium quem recipit. Quodammodo ferramentum Dei est, quo saneris, ipse inimicus tuus. Si nouit Deus vile tibi esse ut exspoliet te; permittit illum: si nouit tibi vile esse ut vapules; permittit ille ut cadaris. De illo te curat: opta vtille sanetur.

CAP. L.

Christi membrum, si apertum inimicum patiat, non illum odisse debet; sed se conuertere ad orationem, ne amittat dilectionem, qua occultus vincitur inimicus.

Taque cum aliquid tale patitur Christianus, quia Christi membrum est; non debet facile veluti odio ire in eum à quo patitur; & velle ventum vincere: sed conuertere se ad orationem, ut

emittat dilectionem. Neque enim timidum est, ne aliquid fiat homo inimicus. Quid enim facturus est? Multa mala facturus, opprobria iaculaturus, in conuitiis sæuaturus. Sed magna tibi: Gaudere, inquit, & exultare; quoniam merces vestra magna est in cælis. Ille in terra geminat conuitia; tu in cælo gæra. Sed sæuiat amplius; possit & aliquid amplius. Quid te currit, cui dictum est, Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem non possunt occidere? Quid est ergo timeandum, quando pateris inimicum? Ne conturbetur in te dilectio, qua diligis inimicum. Etenim inimicus ille homo, caro sanguis, quod videt in te, appetit. Alius autem inimicus occultus, rector harem tenebrarum, quas tu pateris in carne sanguine; alterum occultum tuum petit: thesaurus tuos interioris deprecari & vallare mouit. Duos ergo inimicos conuituet tibi ante oculos: vnum apertum, & alterum occultum. Apertum, hominem; occultum, diabolum. Homo ille hoc est, quod tu secundum naturam humanam: secundum fidem autem & dilectionem, nodum quod tu; sed poterit esse quod tu. Cum ergo sint duos; vnum vide, alterum intellige: quomodo diligere, alterum caue. Namque & inimicus ille, quem vidis, hoc in te vult humiliare, vnde vincitur. Verbi gratia: Si diuinitis tuis vincitur, pauperem te vult facere: si honore tuo vincitur; humilem te vult facere: si viribus tuis vincitur; debilem te vult facere. Ea ergo attendit in te vel decicere vel auferre, quibus vincitur: & ille occultus inimicus illud quoque tibi vult tollere, vnde vincitur. Homo enim hominem vincit humana felicitate: diabolum autem vincit inimici dilectione. Quomodo ergo homo ambit auferre tibi, & deturcare, aut auertere felicitatem, qua vincitur: sic & diabolum hominem vult vincere auferendo, vnde vincitur. Sed cura in corde seruare inimici dilectionem, qua diabolum vincis, sæuiat homo quantum potest, auferat quicquid potest: si diligitur apertè sæuiens, victus est occultè sæuiens.

CAP. LI.

Ecclesia inimici non sunt soli homines, sed & spiritus, mundi rectores tenebrarum harum.

Nunquid igitur solos homines habet inimicos Ecclesia? Quid est homo carni & sanguini deditus, nisi aduersarius sanguis? Sed ait Apostolus: Non est nobis collectatio aduerus

Math. 5.

Math. 10.

Vide in Psal. 55. post princ.

1 In Psal. 117. in medio.

Ephes. 6.

carnem & sanguinem; sed aduersus principes & rectores mundi tenebrarum harum, id est, rectores iniquorum, mundum istum diligentiam: & propterea tenebrarum, quia & nos fuimus aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. *Ad dicit Apostolus*, Aduersus spiritualia nequitia, in caelestibus, id est, diabolum & angelos eius: quem diabolū alio loco dicit principem potestatis aeris huius. ² Et contra hos habemus inimicitias perpetuas. Denique quilibet habeas inimicitias aduersus hominem, cogitas finire: & siue illius satisfactione, si ille te læsit; siue tua, si tu læsisti, siue vtriusque, si vos inuicem læsistis; laboras satisfacere & concordare. Cum diabolo autem & angelis eius, nulla concordia est: ipsi nobis inuidet regna celorum. ³ Mitescere omnino ergo nos nō possunt. ³ Semper nos volunt possidere, semper tales facere, quales possent secum trahere. Est enim insita malevolentia quadam & pernicies nocendi iustis in illis spiritibus: gauisus est de malo hominum; & de fallacia nostra, si nos sceleretur, pascuntur. Et quid querunt? Non quibus in aeternum dominentur, sed cum quibus in aeternum damnentur: quomodo solet maleolus latro nominare innocentem. Nunquid si fuerit viuis incensus, minus ardet, si duo ardeant? minus moritur, si duo moriantur? Pœna illi non minuitur, sed malevolentia pascitur. Mecum, *inquit*, moriatur, non se minus moriturum dicens; sed solatium habet malum alterius. Talis est diabolus: seducere vult illos, qui cum illo puniantur. Et quia non potest fallere iudicem Deum: non enim nominat apud illum innocentem; vera crimina volens habere, quæ obicit, peccata persuadet. *Et ob id* ⁴ non cessat insurgere super nos quotidie, & illudere velle infirmitati, & fragilitati nostræ; quibus nos deceptionibus, suggestionibus, tentationibus; & quibuscūque laqueis irretire, cum in terra adhuc viuimus. *Denique* ⁵ omnibus agit modis, & instat, quemadmodum deiciat, aut promissione lucri, aut terrore damni; vel promissione vitæ, vel terrore mortis, aut alicuius potentis inimicitias: aut alicuius potentis amicitias.

CAPVT LII.

Qua ratione securi esse possimus contra diabolum, qui dicitur leo & draco.

Ergo ¹ habemus perpetuos inimicos, diabolum & angelos eius: sed non timeamus. Sic sunt diabolus & angeli eius, quasi milui. Sub illius gallinæ, cuius *supra meminimus*, alis

